UB

# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN SENATV PARISIENSI CONSILIARII

TRACTATVS

## LE MORT SAISIT LE VIF.

HOC EST,

*De tranſlatione poſſeſsionis ex defuncto in ſuperſtitem.*



VENETIIS, Apud Io. Andream Valuaſſorium, cognomento Guadagninum.
M D L V.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS.

In Titul. Res inter alios actas aliis non pręiudicare. Commentarii.

*Eiuſdem in Titul. de Iudicio in rebus exiguis ſerende. Tractatus.*

Nunc primum in lucem editus, cum indice rerum ac verborum copioſiſsimo.




VENETIIS, *Apud Dominicum Nicolinum.* 1563.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

# ANDREAE TIRA-QVELLI NVPER IN CVRIA PARISIENSIS SENATORIS.

*In titul. Res inter alios actas alijs non præiudicare. C. Commentarij.*

REgulare iſtud eſt, ut ad eum actũ ex quo quis lædi poteſt vocari debeat, alioquin nullum illi præiudicium adferet. l. nam ita diuus ff. de adopt. & l. de uno quoque. ff. de re iudic. & l. ult. C. ſi ꝑ vim uel alio modo. et c. latet quatuor. ext. de maior. & obed. c. cum ex literis. de in integ. reſtit. cl. paſtoralis. de re iudic. cum ſimil. allegatis per Panor. conſi. lxviij. quanquam ſuper uacatione. cc l. ult. lib. 2.

*Actus ex quo quis lædi poteſt quando non præiudicet.*

Hinc illud, res inter alios acta alijs non ꝑiudicat. l. vltim. ff. de re iudic. & l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de accuſat.



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

l. Modeſtinus, ff. de excep. l. i ff. de except. rei iudi. l. ij. C. de fide inſtru. & C. res inter alios actas. c. cum ſuper, & pe. extra de re iudic. c. inter dilectos, cum ſi mi. de fide inſtr.

*Citatio actionũ principium.*

Hinc quoque citatio inuenta, omnium actionum inſtituendarum principium, inſtit. de pœna teme. liti. §. vlti. & ſine qua corruit quicquid actum eſt per iura ſupra alleg.

*Non uocatur ad iudicium, nullo modo eſt illi ſubiectus.*

Horum autem multiplex ratio redditur. Primum, quia is qui non fuit vocatus ad iudicium non erat illi ſubiectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens uel inſtruens cauſam, & ideo non uidetur ratificare cãm, quoniam uigor pronunciationis naſcitur ex iudicio in quo erat incluſus, quæ ratio redditur a Bal. in d. l. ij. per illum tex. in iij. not. C. de fide inſtr. & in l. ingenuum, ff. de ſta. ho. Deinde geſta debent ad actores ſuos reſtringi, & non ad alios extendi l. ſancimus, C. de pœ. & extra de his quæ fiunt a maiori parte, & cap. quæ ſint. & hanc rationem tradũt Ant. & Pan. in d. c. pen. de re iudi. & Ale. in d. l. ult. col. iiij. uer. item not. ff. eo. Ex quo ille affatim diſſerit, an ualeat ſtatutũ ꝙ ſententia contra unum lata, poſſit executioni mandari contra aliũ, quod ex delicto vnius alter puniatur, de quo alibi dicam latius.

*Præiudiciũ cui fieri debeat, vt ſuperiora locum habeant.*

Sed hæc multis modis limitanda duximus. Primo, ut procedat in eo de cuius præiudicio principaliter, non etiam in eo, cuius ſolum acceſſorie, & in conſequentiam agitur, vt uoluit gloſſ. notab. in d. l. de vnoquoque, & ibi Angel. Imol. & Alexan. & idem uoluit Bart. in l. diem, ff. de aqua pluuia. arcẽ. Bal. in d. l. nam ita diuus, in princip. & in l. ab eod. col. vlt. C. quomodo & quando iudex. & in rubri. C. de ſucceſ. edic. in fi. & in l. iubemus, columna. ij. uerſi. citabuntur ergo. C. ad Trebel. & in l. ſi curatoris. de iure delib. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſ. & in l. ſi ſuſpecta, ff. de inof. teſta. & in rub. extra de reſcri. col. ij. uer. an quando impetratur, Ang. Imo. & recẽtiores in l. filiusfa. §. diui. ff. de

lega.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

legat. l. inter quos Imo. facit illam glo. ſing. Dom. in c. ult. de elect. lib. vi. & late Alexan. conſi. lxv. uiſis dubitationibus, col. i. & ij. lib. ij. & conſil. clvi. ſtantibus his, col. i. lib. ij. & conſi. lviij. uiſo & perle cto, col. ij. uerſi. non obſtat quod domina, lib. v. & conſi. lxxxv. ponderatis his, col. ult. lib. vi. ubi dicit illam glo. eſſe ad hoc ſingularem & Barb. conſil. i. col. iij. lib. ij. & conſi. xlix. ſcribitur ſapienter, col. ii. eo. lib. z. Felin. in c. de cauſis, col. iiij. extra de off. de leg. & in c. illa, de accuſ. & Iaſ. in l. reſcriptum, col. ii. uerſic. ſecundo moueor, ff. de pactis, & late in l. ſi quis nec cām, col. ii. ff. ſi cert. pet. Philip. Dec. conſi. ccclxvii uiſo puncto. col. ult. Et de hoc eſt tex. quē plerique oēs allegant, & ubiq; potiſsimū Barba. in l. i. §. denunciari, ibi, primo gradu hærede inſtituto, non etiam ſubſtituito ff. de uentre inſpic. per quē dicit Bar. in l. in diem, poſt princ. ff. de aqua plu. arcē. q' ſententia lata pro creditore contra inſtitutum hæredem nocet ſubſtituto, etiam non citato, quod & uoluit Bal. in l. nam ita diuus, Ang. Imo. & recent. in d. §. diui, Imo. in l. decem, ff. de uerb. obli. Alex. d. conſi. clvi. ubi dicit hoc melius ꝓbari in l. ex contractu, ff. de re iud. & iterū conſi. xxiii. diſcuſsis hæſitationibus, col. iii. uerſ. bene facit aliud, lib. i. ubi ēt dicit facere tex. ſecundum unam lectionē in l. ſi partem, §. vlt. ff. ad Trebel. & hoc ſing. reputat Iaſ. in l. ne quicquam, §. ubi decretum, col. vii. in ix. fall. ff. de off. proconſ. Et hoc quidem confirmat glo. no. in c. ii. in gl. ii. de pact. lib. vi q̄ ad tex. relata uoluit tū demum quicquam diei in detrimentum alterius redūdare, quando principaliter redundat, non itē quādo ſecundario, & ibi eā ad hoc notat Domi. col. iiii. inferens, quod ſi ex forma ſtatuti debeant ad aliquē actum uocari illi in quorū detrimentū fit, ille actus, intelligit de illis, quibus directe & principaliter fit præiudicium, non autem ſecundario, quod dicit eſſe bene notandum, & ſequitur Barb. dices illā glo. ſingu. d. conſi. i & d conſi. xlix. & Felin. c. ult. col. iii. extra

*Vtrum uocandi ad aliquem actū ex forma ſtatuti intelligantur illi quib. principaliter ſit præiudiciū.*

extra de maior. & obed. & Iaſ. qui & hoc dicit ſin gulare & nunquam obliuiſcendum in d. §. ubi decretum, ubi tamen de hoc dubitat, quia ita interpretando, ſtatutum nihil adderet iuri communi contra not. per Bar. & alios in l. iiij. §. ait prætor, ff. de dāno infect. cum ſimilib. quod; & repetit idem Iaſ. in d. l. ſi quis nec cauſam.

*Neminem eſſe teſtem idoneum in ſua cauſa, quomodo intelligatur.*

Hæc limitatio multis ſimilibus fulciri poteſt. Primum enim id quod dicitur non eſſe in ſua quemque cauſa (id eſt ex qua commodum poteſt reportare) teſtem idoneum iuribus uulgat intelligitur ubi com modum principaliter ad illum ſpectat ſecus ſi ſecūdario, & in conſequentiam ſolum, ut uoluit gl. ii. q. iiij. c. placuit, & iterum iiij. q. iij. §. itē nullus, & Pet. de bella pertica in repe. l. ex quacunq; cauſa, col. iii. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. Bar. in l. ſi quis duos, per illum tex. ff. de reb. dub. & in l. ſi cui ita legetur, per illum tex. ff. de leg. i. Cyn. Bal. & recēt. in l. dictantibus. C. de teſta. Io. Fab. in §. legatariis. Inſti. de teſta. Iac. But. & Ang. in l. non ſolum. §. quæritur. ff. de procurat. & Io. Andr. loquens in pulchro caſu in regul. ſine poſſeſsione, col. pen. de reg. iur. li. vi. & Bal. in l. in omnibus, in fi. ff. de teſtib. & in c. cū acceſsiſſent, col. iiii. uerſ. nō quid quilibet, extra de conſt. & conſi. ccxciii. in nomine domini amen, factum ſic proponitur, col. ult. uerſi. quantum ad tertium, lib. iii. & conſi. cccclxiii. quæſtio antiquiſsima lib. v. Ang. Aret. inter conſi. eiuſdem Bald. conſi. x. ego Ange. lib. iii. Alex. cōſi. lxxviii. in cauſa & lite uertēte inter Bartholomeum, col. ii. uerſi. nō obſtat eo. lib. i. & conſi. clxxii. uiſis & oportune diſcuſsis, col. iii. uerſi. & licet plura, lib. ii. quod & repetitum eſt conſi. xli. lib iiii. & idem Ale. conſi. xcix. uiſis ꝓ ceſsibus cauſæ, col. v. uer. nō obſtat etiam, lib. v. & Barb cōſi. ii. col. v. lib. i. & cōſi. lxxvii. col. iiii. in fi. lib. iii. Cor. cōſ. lxi. uiſa copia proceſſus, col. iiii. uer. unde nō ſequitur, li. iii. Philip. Dec. conſil. c. in cauſa inquiſitionis, col. pen. uer. ſeptimo dicitur. Vnde legatarii

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

gatarii in cauſa teſtamenti cuius commodũ ad eos ſecundario pertinet, ſunt teſtes idonei d.l.dictantibus,& d.l.qui teſtamento & dicto,§.legatariis.Similiter quoque ſubſtitutus poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti, quando non agitur de ſubſtitutione, ut pulchre conſuluit Ang.conſi.cclxxiiii.thema ſuper quo conſilium petitur tale eſt,per text.in d.§.legatarijs,quod dictum reputat ſing. Iaſ.qui tamẽ de illius veritate dubitat.in dicta.l.ſi quis nec cauſam col.iij.ff.ſi cer.pet.& expreſsim contrarium tenuit Bal.in d.l.dictantibus. Hinc quoque eſt quod in cã uniuerſitatis ſinguli poſſunt eſſe teſtes, quanuis in conſequentiam de commodo eorum agatur.c.inſuper & c.tuis,ext.de teſti.& uoluit Bar.in l.intãtũ.§.uniuerſitatis.ff.de rerum diui.& in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.ubi Alexã.& recent.& ibi etiam uidebis qualiter hoc intelligitũ.

*Legatarius in cauſa teſtamẽti, eſt teſtis idoneus.*

*Et an ſubſtitutus.*

*Singuli in cauſa uniuerſitatis poſſunt eſſe teſtes.*

Item prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ, cuius commodum ad ſe conſequenter pertinet,poteſt eſſe teſtis in d.c.inſuper.Et unus fideiuſſor poteſt eſſe teſtis pro alio confideiuſſore,ut beneficium excuſsionis conſequatur licet inſtrumento caueatur ꝙ quilibet ſe principaliter obligauerit,ut dicunt Dyn. Cy. & Bald.in d.l.dictantibus, & Bartol.in dicta l.ſi quis duos.ff.de reb.dub.Bal.in l.ult.§.i.C.de uſur. rei iudic.& Alex.dicto conſi.lxxviij.col. ij.uerſic. & ideo dicit, lib.i.licet contrarium tenuerit Ange. Aret.in d.§.in legatarijs,inſti.deleg. Et creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa debitoris, ut uoluit Iacobus But.in d.l.non ſolũ.§.quæritur, & ibi etiam Ang. ff.de procur.ſequitur Barb. dicto conſil.lxxvij.& Alex.dicto conſi.lxxviij. De quo tamen dubitare uidetur Iaſ.in l.quotiens,in fin.C.de iudi. per multã quæ ibi allegat. Hinc poſtremo dicit not.Ioan. Andr.in dicto cap.ſine poſſeſſione, col.pen. de reg. iur.libr.vi.quod ſi epiſcopus petat contra quandã eccleſiam quartam decimarum, & rector illius eccleſiæ alleget generalem conſuetudinem in con-

*Prælatus teſtis in cauſa ſuæ eccleſiæ.*

*Vtrum creditor poteſt eſſe teſtis in cauſam debitoris.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Cõſuetudo in eccleſiis per rectores probatur.*

trariũ, videlicet q̃ omnes eccleſiæ & rectores eatũ illius diœceſis de conſuetudine non ſoluunt eiuſmodi decimam, poteſt ipſe rector eam conſuetudinem probare p̃ cæteros rectores ipſius diœceſis, quãuis in cõſequentiã uideantur deponere, circa id q̃ cõcernit proprium ipſorum commodum, quod dictum ſequitur Alex. dicto conſi. lxxviij. lib. i. & dicto cõſi. clxxii. lib. ii. & dicto conſi. xli. lib. iiii.

*Iudex quãdo in ſua cauſa iudicet.*

Et idem quoq; de iudice dicimus, ut uidelicet quis poſſit eſſe iudex in ea cauſa, quæ ad illum in conſequentiam ſolũ pertinet, per illud quod uoluit Dyn. referens & alios ita uoluiſſe in dicta l. ſi cui legatur. §. ult. per illum tex. ff. de legat. i. quod fideiuſſor poteſt eſſe iudex in cauſa rei principalis. Et etiam prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ in qua uertitur ipſius cõmodum in quandam conſequentiam poteſt eſſe iudex, c. & qui emendat xlv. diſt. & ii. q. vii. c. ſi quis erga, & xxiij. q. iij. c. ſæpe, ubi gl. in uerb. anathematizati, & de priuileg. lib. vi. c. cum paruæ, & glo. in c. i. de pœn. eo. li. & in cle. i. in uerbo eccleſiæ. de foro comp. & e theologis diuus Thomas xxii. q. c. 8. artic. i. ad id referẽs quod legimus de Helia, qui fecit igem deſcendere ſuper illos qui uenerunt ad ipſum capiendum, ut legitur 4. Regum 1. Et ſimiliter de Eliſeo, qui maledixit pueris eum irridentibus, ut habetur 4 Reg. 1. & ante illum uoluit ipſius p̃ceptor Alex. ales in iii. parte ſuæ ſummæ, q. xli. membro. 5. eodemq; v lti.

*Verba ſimpliciter prolata debent intelligi principaliter.*

Huc facit glo. ff. de iuſt. & iure, l. i. §. huius ſtudii. in uerbo, ad ſingulorum. Ex qua not. Bald. & Pau. Caſt. quod uerba ſimpliciter p̃lata a lege, ſtatuto. uel homine debẽt intelligi principaliter & p̃ prius, & nõ ſecũdario, per tex. i d. §. legatariis, ut etiã not. in dicta l. ſi quis nec cauſam, nec propoſitũ. ff. ſi cert. pe. Et inferunt ad q̃ſtionem de legatario teſte deponente ſuper inſtitutione hæredis interrogato, an cõmodum ad eum ſpectat, ſi reſpõdeat quod nõ, ob id non incidit in falſi crimen, quia debet illius dictum intel-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

intelligi principaliter,& non ſecundario, per text.in d.§.legatariis.ſequitur Alex.conſi.lxviii. uiſo proceſſu contra Antonium. lib.iii. Et ſubdit Bal.in d.§. huius ſtudii.quod principaliter,idem eſt quod pſentialiter,id eſt primo & immediate l.& quia.ff.de iuriſdic.omnium iudic.& l.item ſi fundi. §.pen.ff.de uſufruct.Contingenter autem dicitur,illud quod habet aliam cauſam ſub ſe quæ coniungitur cum alia, & ſic dicitur ſecũdario,id eſt mediate d.l.i.ff.de auctor.tut.de quo etiam uide per eundẽ Bal.in l.principaliter.la ij.ff.de liber.cau.& per Bar.in l.ambitioſa.in prima regula.ff.de decre.ab ord.facien.& in proœmio.C.unde inferunt quoque Bal.& Pau. Caſt.in dicto §.huius ſtudii.quod ſtatutum puniẽs ſeditioſum,intelligi debet de ſeditioſo & turbante principaliter,non autem de ſeditione & turbatione quæ fit in conſequentiam alterius delicti,ut refert Alex.in addi.Bar.in l.ſi quis ingenuam.ff.de capt. & poſtlim.reuer.ita tamen ut neſcias an ſequatur,et idem quoque uult apertisſime in dicto con.lxviii. nuper allegato, & conſil.cxiii.uiſo inſtrumento.in fi.ubi per hoc conſuluit in pulchro caſu, & iterum conſi.i.col.vii.uerſi.item reſpõdeo.lib.iii.ubi & p hoc conſuluit,quod ſtatutũ puniens capitaliter capientem & detinentem aliquam perſonam cauſa libidinis,intelligitur quãdo capit & detinet cauſa libidinis principaliter,ſecus ſi in conſequentiam alterius tractatus, & ad hoc multa ſimilia allegant,q̃ ibi uidere poteris.Sed tu uide num huic ſententiæ ſit contrarium,quod conſuluit ipſe Bal.conſ.xxxv.in Chriſti nomine,eiuſque beatæ uirginis Mariæ. & Michaelis archangeli,ex inſultu lib.ij.quod ſi Titius fecit inſultum contra B. quem baculo percusſit,unde concitatio facta eſt in ciuitate, punietur de uulnere, atque etiam de eiuſmodi concitatione ex forma ſtatuti punientis facientem concitationem in ciuitate,quod dictum refert Alex.in l.nunquam plura.col.ult.ff.de pri.del.

*Principaliter quid.*

*Et quid contingenter.*

*Vtrum ſtatutum puniens ſeditioſum, intelligitur de ſeditione principaliter,non in conſequentiam.*

Ex his

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Quæ dicantur concernere publicam utilitatem.*

Ex his fit, ut illa dicantur cōcernere utilitatē publicam, cum eā reſpiciunt principaliter, & non ſecūdario, ita quod ſi datum eſt aliquibus arbitriū ſuper utilitate publica alicuius ciuitatis, non poterūt ſtatuere, niſi de his quæ ad illam pertinent principaliter, ut dicit Pau. de Caſt. in dicto §. huius ſtudij, & ante illum Bart. quem allegat in l. ij. in fi. ff. ad municip. ubi dicit hoc notandum, de quo etiam per eūdem in d. l. ambitioſa. in i. & ij. regula. ff. de decr. ab ordin. facien. & in dicto proœmio C. & nos in tractatu noſtro primogenitu.

*Nulla fere habetur ratio eorum, quæ in conſequentiam ueniunt.*

Sic & ſemper fere alias nulla habetur ratio, ſiue conſideratio eorum quæ ſecundario ſolum & in cōſequentiam ueniunt, ut patet ex l. i ff. de aucto. tut. vbi tutor non præſtat auctoritatem in rem ſibi principaliter profuturam, ſecus ſi ſecundario, ut in l. ſi ſponſus. §. donationis, & §. generaliter, ubi ualet donatio facta a uiro uxori, ſi vir ipſe non principaliter, ſed in conſequentiam donet uxori, & ff. de procura. l. non ſolū §. ult. iuncto tex. ff. de ſuſpec. tut. l. i. §. pe. & vlt. vbi poteſt interuenire procurator, quando pœna capitalis imponitur non principaliter, ſed in conſequentiam, & ita per illos text. voluit Imo. qui nouum hoc & ſingulare reputauit in l. pe. §. ad crimen. in iiij. car. ff. de pub. iudi. & Io. Ana. in c. ueniēs. col. ij. & ibi Fel. col. ul. extra de accuſat. Barb. qui illum text. dicit ualde ſingul. d. conſil. ij. lib. i. & d. conſi. xi. lib. ii. & d. conſi. lxxii. lib. iii. Et ante hos omnes Bald. in l. reos. col. v. C. de accuſ. & in addi. Spec. tit. de accuſ. uer. pro homicidio. Et etiā tex. ff. de pac. l. ſi unus §. illud ubi dolus de futuro principaliter remitti nō poteſt ſed bene in conſequētiā, et ff. cōmu. diui. l. arbor. §. aquarū. ubi licet incorporalia ꝑ ſe & principaliter non ueniūt in diuiſione, veniunt tamen in conſequentiā rei corporalis, ſicuti & ꝑ illum tex. uoluit Bal. in c. imperialē. §. præterea. titu. de prohib. feu. alie. & ff. de proba. l. cū ꝓbatio. ex quo no. glo, aliquid concedi ſecundario ꝙ principa-

*Incorporalia non uenire in diuiſionem principaliter.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cipaliter non conceditur, & allegat concord. extra præſcrip. c. ad audientiam. & ibi glo. in uerb. principaliter. ꝙ id quod Romanam eccleſiam ſecundario ſolū tangit & non principaliter, poteſt præſcribi minore tempore quā centū annis, quod tempus alias requiritur contra Romanam eccleſiam, & illam gl. ad hoc dicit auream Fel. ibi, col. viii. uer. limita prædicta ſex modis. Et etiā tex. in c. multorū. de Iudæ. ubi licet Iudæus non poſſit principaliter poſſidere Chriſtianū mancipiū, poteſt tamē in conſequentiā fundi, cui eſt aſcriptum. Ex quo not. Pet. Anc. et Io. Ana. ꝙ aliquando licitum eſt aliquid per quandam conſequentiam, ꝙ non licet principaliter. hoc quoque trahunt ad id quod uoluerunt Dyn. et Bar. in l. ſi is qui duus. per tex. ibi. ff. de lib. leg. Et Bal. in l. i. in fi. C. pro ſocio, ꝙ licet ſpurius non poſſit obtinere bona patris, tamen ſi contraxit ſocietatem cum alio, qui inſtituitur hæres a patre, certe obtinebit ꝓ portione ſocietatis, niſi appareret (*inquit* Bart.) illā ſocietatem fuiſſe contractam in fraudem.

*Spurius quomodo poſſit obtinere bona patris.*

Ex hoc fit, ut quæ principaliter alienari nō poſſunt in conſequentiam tamen alterius rei cui accedunt vendi poſſint. l. ergo. §. quædam. ff. de acqui. re. do. & l. in modicis. ff. de cōtrahend. emp. & uēdi. & utrobiq; gl. & Doct. Ideo licet ius patronatus, cum ſit ſpirituali annexum, uendi non poſſit principaliter. c. de iure. extra de iure patr. poteſt tamen acceſſorie, & in conſequentiam eius rei ratione cuius cōpetit. c. ex literis, eo. per quem text. dicit glo. not. in can. filijs. xvi. q. vij. ꝙ licet cauſa iuris patronatus ſit ſpirituali annexa, nec poſſit coram iudice laico agitari, nec poſſit ipſe iudex laicus aliquem iure patronatus priuare, c. quanto, extra de iudi. Hoc tamē procedit principaliter, ſecus ſi ueniret acceſſorie cum uniuerſitate, ut uult glo. in d. c. quanto & Ant. Card. qui dicit ſe ita conſuluiſſe, & Panor. qui illā facit ſingul. & Dec. in d. c. quanto, & ipſe Panor. in c. cum laici, uerſic. ſed hic quæro, extra de iure patr. & Bal.

*Alienari poſſe in conſequentiam rei alterius, quæ principaliter uendi nō poſſunt.*

*Vtrū iudex laicus poſſit acceſſorie priuare iure patronatus.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& Bal. in l. vlt. car. vlt. in ix. q. uerſi. nunquid ſi iudex ſecularis, C. de edicto diui Andr. tol. & Flor. in l. uia. §. ſi fundus, ff. de ſer. ruſt. præd. & Soc. qui dicit ita ſe cõſuluiſſe, & uidiſſe obſeruari ĩ trac. fallẽt. reg. ccxvij. quanquam ſint qui contrarium tenuerunt, quibus argute reſpõdet Soc. in d. c. quãto, ubi & ho. limitat, ſicuti per illum uidere poteris.

*Iudex alias in capax principaliter, incidenter põt cognoſcere. Et arbiter.*

Nec hoc caſu tantum, ſed & alias iudex poteſt ſecundario, & intendenter, et ueluti per quandam conſequentiam de his cognoſcere, qui alias eſt incapax principaliter, text. eſt in l. quotiens. C. de iudi. per quem dicit glo. in l. cum proponas. C. de iureiur. ꝙ licet arbiter non poſsit aſiumi ĩ cauſa liberali. l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. c. cauſa, extra de in integ. reſt. poteſt tamen de ea cognoſcere, cum incidit in aliquam cauſam, de qua principaliter cognoſcit d. l. cum proponas quam gl. dicit ualde ſing. Barb. d. conſi. i. col. iiii. li. ij. & ante illum hoc dicit ſing. & notandum Roman. ſingu. cccclxviij. cauſa ſtatus tex. quoque in d. l. quotiens, per quem dicit Bald. in l. aduerſus, C. ſi aduer. rẽ iud. quod et ſi de nullitate ſententiæ latæ a delegato principis ſolus princeps cognoſcit, ut eſt ibi text. per quem ita uoluit Iac. Butr. ibi. iuncto tex. in l. ult. C. de legib. Illud tamen procedit, quando principaliter de ipſa nullitate ageretur. ꝙ ſi incidenter agatur, poterit etiam alius quã princeps cognoſcere, quia ratione incidentium quæſtionum augetur iuriſdictio, ad quod etiam uoluit Ang. conſ. cclxvi. dicta interlocutoria, punctus eſt per dominum, col. ij.

*Iudex maleficiorum, quomodo de cauſæ ciuili iudicare poſſit.*

Cui proxime accedit, quod licet iudex maleficiorum non poſsit de cauſa ciuili iudicare l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudi. l. i. §. ul. & l. quod diximus ff. de auctor, tu. Ita quod eius iuriſdictio non poteſt ad eam rem prorogari, l. teſtamento C. de teſta. ubi Cyn. & Bal. hoc notant, & ijdem Cy. & Bal. in l. ſi quis ex conſenſu C. de epiſc. aud. & Bar. in l. inter conuenientes, ff. ad municip. Poteſt tamẽ incidenter

de ea

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de ea cognoſcere, tex. eſt, & exemplum in l. interdũ §. qui finem, ff. de fur. vbi cum huiuſmodi iudex cognoſcit principaliter de furto criminaliter, poterit ultra pœnam furti incidenter iudicare de reſtitutione rei ſublatæ, & ad hoc dicit illum tex. mirabilẽ Barto. ibi, & valde ſingul. Barba. d. conſil. i. lib. ij. huic quoque ſimilis eſt tex. ſecundum Bar. ubi ſupra, ff. finium regundorum, l. iiij. §. ſi dicatur, quẽ & ad hoc dicit nota. Iaſ. in §. ex maleficijs, col. xvi. Inſtitu. de actio. Et hoc certe voluit Imo. in c. cum oportet, & ibi Ana. & Fel. qui allegat multos tex. & Doct. colum. vlti. de accuſ. & Bar. in l. ij. §. hoc edicto, ff. ui bon. rap. & in l. i. ff. ad Turpil. & in l. pe. per illum tex. ff. de calum. & in l. defuncto, ff. de public. iudic. Bald. in l. quod euitandi, C. de cond. ob tur. cām, & in l. obſeruare, §. proficiſci, in vi. q. ff. de off. procōſ. & in l. ea quidem, col. xij. C. de accuſa. Panor. in c. finem, col. xiiij. in tertia parte glo. magnæ, extra de dolo & contu. & in c. poſtulaſti, in ij. notab. per illum tex. ubi Iaſ. & Fel. extra de Iudæis, Angel. in tracta. malefi. Cor. conſi. cxxx. viſo libello, col. pe. verſic. & inſuper etiam iudex, lib. i. & conſi. viij. circa primum dubium, col. v. uerſi. uenio nunc ad quartum, lib. iij.

Et e diuerſo licet iudex ciuilium cauſarum nō habeat imperium, nec poſsit de cauſis criminalibus cognoſcere, ſi tamen cauſa criminalis incidenter accedat cauſæ ciuili, de qua principaliter cognoſcit, poterit de ea iudicare l. nullũ, C. de teſti. & ita per illum tex. & in d. l. quotiens, tenuit expreſſe Angel. in l. ſi vacantia, uerſi. de quarto principali articulo, C. de bo. uac. lib. x. & Ang. Are. in d. trac. malefi. in glo. i. col. ix. verſiculo tertio principaliter eſt uidendum.

*Et econtra ciuilium, de criminali.*

Præterea quamuis iudex laicus nō poſsit cognoſcere de cauſa vſurarum, ſed ſolus iudex eccleſiaſticus, ut not. xi. q. i. c. in ſumma, & in cle. diſpediōſam de iud. Tñ ſi in qōnem pignoris, aut aliam principaliter coram iudice laico motam, incidat uſurarũ quæſtio

*Laicus iudex, an & quando poſſit cognoſcere de cā uſurarum.*

quæſtio, poterit de ea incidenter cognoſcere, ut uoluit Bal. in c. i. §. ſimiliter, de controuer. inueſt. quod quomodo intelligatur ibi illum uide, & Bar. & eundem Bal. in d. l. quoties. C. de iudi.

*Dotis cauſa pertinet principaliter ad iudicem ſecularem.*

Item licet cauſa dotis pertineat principaliter ad iudicem ſecularem, ut dicit gl. in c. de prudentia, extra de dona. inter uir. & uxo. per tex. in l. mutus. §. i. & in l. quemadmodũ. §. i. ff. de iure do. & in l. ubi, & in l. ſeq. C. eo. Poteſt tamen iudex eccleſiaſticus de dote incidenter cognoſcere, cum uidelicet incidit in cauſam matrimonij, de qua principaliter cognoſcit, ut eſt text. in d. c. de prudentia. Quibus adde, q. ſcribit Ant. in c. i. de transla. epiſc. quod electus confirmatus nondum conſecratus, poteſt cognoſcere de cauſa criminali incidenter & acceſſorie, licet non principaliter, quia non attenditur quod fit in conſequentiam, multaque in conſequentiam permittuntur, quæ non principaliter, per text. ſupra alle. in l. i. ff. de auct. tut. ubi Bar. & alij, Barb. quoque d. conſ. ij. lib. i. & d. conſi. i. lib. ij.

*Iudex delegatus, quando fines mandati excedere poſſit.*

Eaque procedunt non in iudice ordinario ſolum, ſed & in iudice delegato, cuius fines nõ adeo late patent, ut qui exacta diligentia formam mãdati obſeruare debeat, extra de reſcrip. cum dilecta in fi. Poteſt tamen non ſolum de cauſa ſibi nominatim cõmiſſa, ſed & de alia quoq; q̃ incidenter aduenit, cognoſcere, ut eſt tex. in l. ulti. in fi. & ibi not. Raph. Fulg. C. ubi & apud quos, & ſimilis omnino tex. ĩ c. cauſa. extra de in integ. reſt. quẽ ibi ad hoc not. Pan. in iij. notab. adfirmãs ratione huius cõſequẽtiæ, & (ut ita dicã) incidentiæ ampliari iuriſdictionem nõ ſolũ ordinarij ſed etiam delegati iudicis. Et idem quoque procedere in mandato procuratoris, ut ratione incidentis extendatur ad ſpecialiter non cõmiſſa, ut uoluit bona gl. in c. pen. eod. tit.

*Procuratoris mandatum extenditur ad nõ commiſſo ratione incidẽtis.*

*De eadẽ re*

Et id quidem quod dictũ eſt de procuratore, obtinet etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatũ, uerbi gratia. Procurator nõ poteſt ſine ſpeciali mãdato

dato petere reſtitutionem in integrũ. l. illud. §. i. ff. de minor. & c. coram, extra de in integ. reſti. q̄ uerum eſt cum petitur principaliter, ſecus ſi incideret, quia tunc non eſt neceſſarium mandatum ſpeciale ſecundum Bar. in d. l. illud. §. i. & ibi Sali. & idem Bart. in l. procurator in fi. prin. ff. de ope. noui nun. & in l. i. C. etiam per procu. et in l. qui propria. §. itẽ quæritur, per illum tex. de procur. ff. & in l. indebitum, C de condict. inde. ubi etiam generalius notatur, in omnibus caſibus requirentibus ſpeciale mandatum hoc ipſum procedere per illum text. quem ad hoc dicit ſingul.

His conuenit, q̄ licet Papa non poſſit tollere ius alteri quæſitum ex iure naturali, tamen ubi illud ius uenit non principaliter ex iure naturali, ſed acceſſorie, & in conſequẽtiam iuris eccleſiaſtici, in quo Papa habet pleniorem poteſtatẽ, poteſt ſublato principali etiam ſolo uerbo ip um acceſſorium, q̄ iuris eſt naturalis tollere, ut uoluit Inno. in c. ii. per illum tex. extra de uot. & obed. ubi Papa tollit obligationem quæſitam laico, diſponẽdo principaliter ſuper uoto, & ſequitur ibi Ant. nec diſſentit Pan. licet det aliũ intellectum p̄ quẽ probat aliud, & huic modo propoſito accommodatiſſimum, uidelicet quod ubi contractus laicorum eſt iuratus, poteſt tolli per Papam cũ cauſa, tollendo iuramentum q̄ eſt principale, de quo etiam per Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. col. xviij uer. tertia declaratio, extra de conſtit. *Vtrum papæ poßit tollere ius alteri quæſitum ex iure naturali, & quando.*

Præterea licet inducta ad unũ finẽ non debeant operari contrariũ effectũ, l. quod fauore, ff. de legi. & l. legata inutiliter, in prin. ff. de adim. lega. Fallit tamen quando contrarius effectus uenit ſecundario, & in conſequentiam ipſius actus, l. cum ex oratione, quam ita declarat Bal. in d. l. quod fauore in vii. oppoſit. & melius facit tex. in l. denique. §. interdũ, & quod ibi no. Bar. ff. de pecul. leg. ſecundum Philip. Dec. in c. cum uenerabilis, ſuper gl. in uerbo, cõfeſſus, extra de exceptionib. *Inducta ad unum finẽ, quando poſſint operari contrarium effectum.*

Ad

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Minor quã do immobilia alienare poſsit ſine decreto.*

Ad hæc licet minor habens curatorem non poſſit alienare immobilia ſine decreto, l. magis puto. §. nec paſsim, ff. de rebus eorum, l. lex quæ tutores, C. de admi. tu. cum ſi. hoc tamen intelligitur cum hoc agit principaliter. Nam acceſſorie & in conſequentiam ſuæ perſonæ, ingrediendo videlicet monaſterium, omnia bona ſua dicat monaſterio abſq; decreto, modo ſit pubes, ut not. Cy. in auth. ingreſsi, C. de ſacroſanct. eccle. Can. in c. in præſentia, extra de proba. & Iaſ. in l. vlt. C. de pac. Adde ꝙ uoluit Rayn. Flo. in l. diuus, in apoſt. ff. ad Silleia. ꝙ ſtatutum loquens de pacto offenſi ſiue habentis intereſſe, intelligitur de eo cuius intereſt principaliter, non item ſecundario, ut not. in l. i. C. de ſucceſ. edic. quibus ſubſcribit Bal. in l. ut uim, col. iij. ff. de iuſt. & iur. ubi dicit ꝙ ſtatutum permittens offenſo facere competentem uindictam, intelligitur de principaliter offenſo, ꝑ tex. in l. qui libens, §. hæc verba, ff. de uul. & pup.

*Statutũ loquens de pacto offenſi quo intelligatur.*

*In abſentiæ diuerſis de cauſis, quid attendatur.*

His accedit quod uoluit glo. not. in l. non uere, ff. ex quibus cau. maio. ꝙ ſi aliquis ſit abſens, partim cauſa Reipub. partim cauſa rei priuatæ, illud potiſſimum attenditur quod principaliter intendit, quod commendat Bal. per hoc decidens pulchrum caſum in c. dilecti, in princ. col. pe. extra de appella. & Panor. in c. cum pro cauſa, ff. de procu. & Iaſ. qui hoc ualde probat in d. l. ſi quis nec cauſam, colum. iiij. ff. ſi certum peta.

*Statutum quòd inſtrumenta garẽtigiata habeant executionẽ paratam, quomodo intelligatur.*

Cui confine eſt, quod uoluit Bal. in l. ſi pro te, per illum tex. C. de dot. promiſ. quod ſtante ſtatuto, ꝙ inſtrumenta garentigiata habeant executionẽ paratam, debet intelligi ad inſtantiam principalis creditoris, non alterius, cuius in conſequentiam ſolum intereſſe, refert ſimpliciter, & dicit notandũ Iaſ. in l. iij. in fi. prin. ff. de tranſ. & in l. ſi unus ex argẽtarijs §. ante omnia, ff. de pact.

*Ex confeſſione facta non principaliter, non eſt quis condemnandus.*

Poſtremo ex confeſsione incidenter, & per quãdam conſequentiã facta, & non principaliter, nõ eſt quis cõdẽnãdus, ut dicit Bar. i l. ſi cõfeſſus, ff. de cuſ

teo.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

reo,ita intelligenda gl.in l.ſi filium.C.de lib.cau.et idem uoluit Ang,conſi.173. uiſis actis prædictis,& Ang.in diſpu.quæ incipit,Aſtenſis miles,colū.ij.& iterum in diſpu.inci.duo nobiles Gallici,car.iij. Sal. in l.ij.in fin.C.de cuſt.reo. Imo.in c.ult.col.pen.de confeſſ.& in c.examinata,in fi.de iud.Pan.in c.at ſi clerici,in prin.col.ij.eo.tit.& in c.1.in fi. extra de ex cep.& in c.ij.de ord.cog.& in c.ult.in ult.no. de re ſtit.ſpol.& conſi.xxv.canonicus,li.i.Barb d. conſ. ij.lib.i.& d.conſi.i.lib.ij.& Hippo.Marſi. in l.i.in prin.col.antep.uerſi.& ultra prædicta,ff.de quæſt. & in repet.rub.C.de prob.col.ij.uerſi.limita tamen hæc,& iterum in repet.l.ult.in xxij. car. & rurſum in xxv.car.C.eo.tit.Et de hoc eſt gl.no.quā Barb. in dictis locis facit ſingu.in can. ex pœnitentibus,in fi.50.diſt.quæ dicit no.ꝙ clerico promouendo no- cet confeſſio ad hoc tantum, ut non promoueatur non etiam ad hoc ut puniatur, cum ad hoc principa, liter non agatur; ſicut nec teſtis confeſſus crimen in ſua depoſitione ex ea confeſſione punitur, ut dicit probari,extra de accuſ.c.inquiſitionis,de quo etiam eſt alia gl.in can.hæc quippe.iij.q.vi.quam ad hoc not.& ſequitur Bal.in l.præsbyteri col.ij.uer.tertio quæro,C.de epiſc.& cler.

*Confeſſio incidenter facta, non præiudicat.*

Et id quidē uſq; adeo uerū,ut pulchre dixerit Sal. in l.1.col.viij.C.de conf.quod ſi quis a me petit decē aureos mutuo,& ego ut me excuſem dixerim,nō ha beo,imo quia egebam pecunijs,accepi decē a Titio qui quidem Titius p̄ſens eſt,nō tn̄ poterit ex hmōi confeſſione agere contra me, cum eam non fecerim principaliter ſuper ipſo mutuo Titij, ſed incidenter ideo mihi non præiudicat; quod dictū reputat ſing. Hyp.Marſi.in d.rub.de prob quo loco ſupra alleg. Hactenus ſatis hanc primam limitationē cōprobaui mus,uidelicet eum ſolū eſſe citandum, de cuius p̄iu dicio principaliter agitur, nec neceſſe eſſe cōuocari, quos in cōſequentiā et ſecundario ſolū actus tāgit id quod multi ita declarandum exiſtimant, ut uidelicet



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Superior limitatio quõo intelligẽda.* non ſit neceſſarium eos citare ad hoc ut actus ualeat, non autem ut eius præiudicet, niſi ſaltem generaliter fuerint uocati, ſecundum no. per Bar. in l. ſi eo tempore, C. de remiſ. pig. & in extrauag. ad reprim. in uerbo, per edictum, cum concor. ita in noſtro caſu expreſſe declarat Bar. ſubdubius tamen in l. filiusfa. §. diui, in i. q. ff. de leg. i. & aſſeuerant ius Io. Fab. in §. licet autem Inſti. de ado. Rom. in l. peregre, §. quibus, ff. de acqui. poſ. et Ale. in d. l. de uno quoq;, in fi. & iterum in l. populi, col. ix. uer. nec huic concluſioni, ff. de re iud. & conſi. 85. uiſis dubitationibus, col. i. uerſi. fortifico quia dato, li. ij. & conſ. 84. in cã quæ uertitur inter agentes, col. iij. uerſi. per prædicta, li. iij. & conſi. 83. ponderatis his, col. ij. uerſi. nec ad ſubſtãtiam, li. vi. in quibus locis alle. no. per glo. in l. cum miles, §. i. in uerb. faciẽda, ff. ex quib. cau. ma. et alia quædam quæ uidere licet in d. conſi. Et hoc quoque expreſſe uoluit Fel. in c. ult. col. ij. de ma. & obediẽ. qui & ad hoc allegat And. Iſer. in c. ſi uaſallum, tit. ſi de feu. fue. contr. inter dom. & agn. ubi reſpondet ad d. l. i. §. denuntiari, ff. de uen. inſpic. ꝙ ibi non erat præiudicium, irreparabile, cum eſſet ſaluum ius ſubſtituto probandi partum fuiſſe ſuppoſitum, per l. i. §. ulti. ff. de carb. edict. Quanquam Felyn. dicit hoc quoque procedere etiam ſi præiudicium eſſet irreparabile, & idem quoque uoluit Iaſ. in l. reſcriptum, in ij. not. in fi. ff. de pac. Et Philip. Dec. conſi. 367. uiſo puncto, in fi. Quæ declaratio ſi uera eſt, certe hæc prima limitatio non erit limitatio ad noſtram regulam; utcunque tamen ſit, contra iſtam declarationem facit gloſſ. nota. in l. in cognitione, ff. ad Silleia. per quam dicit Angel. ibi in fin. quod ſententia lata contra unum quem negocium principaliter tangit, præiudicat per quandam neceſſariam conſequẽtiam ei quem negocium acceſſorie tangit, etiam ſi non fuit citatus. Ex quo infert, ꝙ lata contra principalem debitorem nocet mandatori & fideiuſſori nõ citato, non ita tamen quod contra eos procedatur

*Contra præcedentẽ declarationem*

uia

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nia executionis, niſi eſſet fideiuſſor iudicatum ſolui, per nota. in l.i.ff. iud.ſolui. quod etiam idem tractat pluribus idem Ang. et Imo. in d.l. de unoquoque, et per Bal. in l. qui duobus. §. qui iurauit, ff. de iureiu. et in l. iij. col. xiij. C. de conueni. fiſc. debit. lib. xi. & per Alex. hanc partem multis rationibus fulcientem d. conſi. clvi. lib. ij. ubi ad hoc dicit eſſe text. optimum non allegatum ab alijs in l. auctore laudato, C. de eman. & inter cætera quoque allegat id quod uult Imo. in l. filiusfa. §. diui, in fi. per illum text. ff. de le. i. quod lata pro creditoribus contra hæredem, facit præiudicium legatarijs etiam non citatis, ut uidelicet plene excludantur a legato, & per conſequens ab hypotheca bonorum propter ipſos creditores, quia æs alienum excludit legatũ. l. ſi uniuerſa, C. de leg. i. §. pen. in fin. ff. ad Treb. & in §. hinc nobis, in auth. de hære. & falc. de quo late etiam per Ale. Ang. Rapha. Iaſ. qui multas concord. adducunt & cæteros recentiores in d. §. diui, quos uide et cogita ſuper hac prima declaratione. Illud autem inter cætera non omittendum, quod contra illud quod ſupra diximus ex auctoritate Ang. de fideiuſſore contractus, tenuit Bal. in l. ij. col. vij. C. de eden. ubi tenet expreſſe, ꝙ lata ſententia contra principalem non nocet hmõi fideiuſſori non citato, quod eſt ẽt de mente Bart. in l. decem, col. i. et in l. cum filius, in prin. ibi, per eum formata, ff. de uerb. obl. ubi reſpondet ad no. in d. l. in cognitione, quam partem ueriorem exiſtimat Ale. ſibi contrarius in d. l. ulti. col. vi. ff. de re iudi. ideo iterum moneo cogitandum, & uide Pau. Caſt. in l. in concedendo, ff. de aqua plu. arcen.

Secundo declara hanc primam limitationẽ, ut licet iſti quorum ſecundario intereſt nõ ſint neceſſario citandi, poterunt tamen ſi uelint comparere pro ſuo intereſſe, ad impugnandum, uel defendendum ipſum actum, ut uoluit Bal. in rub. C. de ſucceſ. in fi. Ro. in d. l. peregre. §. quibus, ff. de acqui. poſſ. ubi ad hoc allegat Inno. in c. humilis, extra de maiori. & obediẽ. *Non citandi neceſſario poſſunt cõparere ſi uelint.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& etiam uoluit Bal. conſi. 45. mandato & iuſſu do minorum. col. iiij. uerſi. & ſi opponatur. lib. ij. et Fel. in c. illa præpoſitorum, extra de accuſ.

*Et etiam appellare, licet principalis non poſsit.*

Tertio declara, ut etiã poſsit appellare, licet principalis non poſsit, ex ſententia Bar. & recentiorum in l. a ſententia, ff. de appel. Inno. Pan. & aliorum, in c. cum ſuper. extra de re iud. Alex. in. §. diui.

*Actus abſenti & ignoranti, quando noceat.*

Limita ſecundo principaliter dictam regulã, qua diximus unumquemque eſſe ad eum actum conuocandum in quo lædi poteſt ut ei noceat; ut non procedat quando ille ſi adeſſet, non poſſet contradicere, aut aliquid ad impediendum actum allegare, ſiue quoniam illo inuito & relectante actus fieri poteſt, l. qui poteſt, ff. de reg. iur. ubi eſt text. in hæc uerba, qui poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt, & ibi glo. quæ adducit concor. quibus adde tex. ff. ad tre. l. recuſaſe, in prin. & ff. de fideic. lib. l. iiij. §. illud uideamus, & l. ſi eum ſeruum. §. i. & §. ult. & extra de re iud c. cum olim, ſecundum unam lectionem, & ita uoluit gl. in l. i. in uerbo, ratam, C. qui admit. ad bon. Old. conſi. 95. ex forma iſtius ſtatuti, in fi. Io. And. in c. ij. extra de no. ope. nun. & in addi. Spe. tit. de ſent. §. ſpecies, uer. habeo de præcepto, circa medium Arch. in c. Romana ſuper uerbo, reuocent de app. lib. vi. Ioã. Fab. in l. ij. in fi. C. ſi per uim uel alio modo, Imo. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, ff. de acqui. hære. ubi & hoc dicit procedere in materia correctoria, Io. Cald. cõſ. viij. quod ſtatutum, Pan. in c. cauſam quæ, col. i. extra de reſcr. & in c. bonæ. i. col. iiij. uerſi. item no. de elec. et in c. auditis. col. ij. de procu. & in c. accepta, in fi. de app. Ro. conſ. ccxii. quo ad primum, in prin. uerſ. i. et ij. & iterum, col. vij. Pau. Caſt. conſi. 196. ſuper primo dubio, col. ult. Rapha. Cum. conſi. 98. ſuppoſito tenore, in fi. Ale. in l. ſi pacto quo pœnam, col. i. uer. limita tamen, C. de pac. & in d. l. i. C. qui admit. ubi & hoc dicit procedere in materia correctoria, & cõſil. cxxx. difficultas huius negotij, poſt princi. lib. i.

&

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

& conſi.vi.circa proceſſum cauſæ, col.vlti. lib.iiij. Lud.Bolo.conſi.lix.Cor.mundum &c. viſo igitur puncto,col.iiij.verſ.vlt.& ii.& Hipp.Marſi.ſing. xxx.tu ſcis regulam.Et propterea notab.dicit Ant. in c.veniens.i.col.ii. extra de teſtib.cui Bar. adſtipulatur in l.Theopompus,circa medium,verſi. qđ quando aliquis , ff. de dote præle. ꝙ licet teſtis debeat iurare præſente parte,ſi tamen talis eſt, cui neceſſario ſtandum eſt,nõ eſt neceſſaria partis præſentia aut citatio,& ſequitur Alex. d.conſi.cxxx.lib.i.

*Agnati neceſſario non ſunt citandi ueniẽte parte ad legitimationẽ naturalium.*

Hinc quoq; fit, vt ſecundum communem opinionem ad legitimationem naturalium veniente patre, non ſint neceſſario citãdi agnati, vt qui vocati non potuiſſent contradicere,ita voluit Cy.& Bald. qui hoc limitat in l.nam ita diuus,ff.de adopt. Io.And. & Anto in repet.Cald.Card.Panor.& alii in c. per venerabilẽ,extra qui filii ſint legit.& in addi.Spec. tit.de ſucceſ.ab inteſt.§.i.col. vlt.verſi.item ſcias. Fed.Sen.conſi.lvii.uidetur mihi quod in priuilegio legitimationis,Bar.in l Gallus.§. & quid ſi tãtum, in fi.& ibi late recẽ.ff.de liber.& poſth.Gaſp.Gal. conſi.xxx.tit.qui filii ſint legit.Bald. conſi. lvi. an pater qui fecit,lib.i.& in l.i.col.pen.C.de inoff.dona.& in proœ.C.col.iiii.& in l.ult.C.quib.res iud. non noceat.& in rub.extra de reſcr.col.i.& in c.Albericus,de teſta.& in l.ii.colum.viii.C.de ſerui. & aqua.& idem Bal.conſ.cciiii, ſuper primo articulo, lib.ii.& conſi.cccvi.caſus quæſtionis talis eſt, col. ult.lib.ii.& conſ.cv.primo eſt uidendum,lib.v. & conſi.ccclxi.uerba Bar.in princ.eo.lib.v.& conſi. ccclxiii.q̃ritur utrũ filius,eo.li.v.Io.Lig.& Fran. Rãp.inter cõſ.Bal.cõſi.xviii.in quæſtione propoſita.col.iii lib.iiii.Ang.cõſ.lxxxiiii.Pet.Anch.in c.i. de ſucceſ.ab inteſ.& cõſi.ccccvi.circa primũ q̃ſitũ, Imo.in c.niſi cũ pridem.§.perſonæ,de renun.Cum. dicto cõſi.xcviii.in fi. ubi dicit hanc eſſe cõmunem opi.& iterum cõſ.clxviii. reuerẽdus pater dominus epiſcopus Vincen.Panor.in dicto c. cũ olim, col.v.



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de re iudic. ubi refert ſe ita conſuluiſſe, ſicuti & uere conſuluit, conſi. lxxxv. videtur primo dictam donationem col. iij. lib. iij. Io. Ana. conſi. xxix. uiſa imperiali, in v. dubio. Raph. Cum. conſi. xcviij. ſuppoſito tenore, col. pe. ubi dicit hanc eſſe communem ſententiam Doct. Alex. conſi. clxxxvij. perſpectis uerbis, col. iij. lib. v. & conſi. pe. eo. lib. v. et late Barb. d. conſi. xlix. ſcribitur ſapientiæ, per totum, lib. ij. ubi dicit ſe ita uidiſſe conſultum per præſtantisſimos Doct. Soc. qui hanc dicit eſſe communem conſi. 47. in præſenti conſultatione, col. x. uerſic. ad ſecundam rationem, lib. iiij. Phil. Dec. conſi. 338. in caſu propoſito, poſt prin. & conſ. ccclxv. pro declaratione, col. ij. in fin. & conſil. ccclxvij. uiſo puncto, colum. vi. Quid autem in legitimatione quæ fit poſt mortem patris, uidebis late per recentiores in d. §. & quid ſi tantum.

*Princeps in concedendo priuilegium non tenetur citare quib. præiudicat.*

Hinc item eſt quod multum præced. c. congruit, quod princeps in cõcedendo gratiam uel priuilegiũ non tenetur citare uel uocare res, quibus præiudiciũ irrogari poteſt, nempe quibus inuitis huiuſmodi gratiam uel priuilegium poteſt cõcedere, ita uoluit gl. & doct. in c. licet, de re iudic. Imol. in d. c. niſi cum pridem, in fi. extra de renunc. ſequitur Bal. in d. l. ult. C. quibus res iudic. non noc. & idem Bal. in c. ult. col. ij. uerſi. quæro quid de iſtis executoribus, & In no. ibi, extra de præſump. & uoluit idem Bal. in d. l. nam ita diuus, col. i. ff. de adop. Pan. in d. c. cũ olim col. vi. uerſic. ſecunda cauſa, extra de re iud. adders & hanc rationem, quia qui iure ſuo utitur nemini facit iniuriam, & Barb. d. conſi. xlix. col. ij. uerſi. præterea facit, Phil. Dec. conſ. cccxc. quoniam ex facto, col. ult. quod tamen limitat Pan. ubi ſup. niſi de iure aliud in certo caſu caueretur. Sed & tu prætereapotes limitare duobus modis ex his quæ dicit Bart. in l. ij. in ij. not. C. de temp. appel. quod quando princeps concedit priuilegium in his quæ reſpiciunt cauſæ cognitionem, uel partẽ multum lædunt, debet

pars

pars citari,uide ibi omnino Alex.in addi. & conſil. xi.alias conſului,col.ij.uerſi.& quod requireretur,li. vij.& Bald.in rub.extra de reſcript. col.i.& Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,col. penulti.ff. de lib. & poſthu.

Hinc eſt præterea,ꝙ declaratio animi poteſt fieri parte abſente,l.Pomponius,ff.de neg.geſt. & ff. de acquir.hær.l.1.& l.pro hærede,in prin. & l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum,& C. de iu.deli. ſi auia tua, & ff.ſi menſor fal.mod.dixer.l.1.in fin.cum l.ſeq.& ff. de fideic.lib.l.ſi Sticho,& ita per nonnullos, ut uoluit Car.in c.ex poſita,de arbi.& Ale. dicto conſil. 130.difficultas,col.i.uerſi.ij.hoc confirmatur, & iterum pauloante fin.lib.i. *Declaratio animi poteſt fieri parte abſente.*

Hinc etiam eſt,quod actus poteſt fieri abſente parte,quando pendet ex uoluntate eius qui facit,ut not. in l.qui in aliena.§.ult.ff.de acq.hær. Sicut dicimus de bon.poſſ.quæ poteſt peti parte non citata,ut uoluit gl.not.ff.de bon.poſſ.l.iij.§. ſi eam quam ſequitur Bar.ibi,& Bal.illam ſing.ubique faciens, uidelicet in d.l.nam ita diuus,ff.de ado.l.i. & iterum in l. ult.C.qui admit.& in c.ult.col.ij.extra de translat. epiſ.& in c.cum in iure,in fi.extra de of.deleg. & in c.i.col.pe.de iud.& in c.præterea,col.iij.de fer.& dilat.& in c.ſi quis teſtium,in fi.de teſtib.& in c. ult. col.ult.de fide inſtr.& in c.tenor,col.i. de re iudi.& Rom.conſi.lxi.licet mihi magna,poſt prin.& Bar. dicto conſ.xlix.lib.ij.& Hyp.Marſi.in l.ſi unus,§. cuſtodiæ,col.ij.ff. de quæſt. & in auth. ſacramenta puberum,col.ij.C.ſi aduer.uend.Et Ale.conſil.126. li.v. quibus probatur etiam ratificationem fieri poſſe parte abſente,ut no.Bar.in l.qui enim,in fi.ff.rem ratam hab.& in l.Pomponius,col.ij.uerſic.item ex eo,de neg.geſt. *Actus quando pendet ex uoluntate eius qui facit, fieri poteſt abſente parte.*

Hinc quoque eſt,ꝙ delatio iuramenti,de quo in l. ſi qn̄,C.unde ui,& in c.ult. extra ꝙ met.cau.poteſt fieri abſente parte & non citata, quia non poteſt facere, quin illi iuramentum deferatur, ita uoluerunt *Delatio iuramenti poteſt fieri parte non citata.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

domini de Rot. deciſ. ccxcix. licet ꝙ ad taxationẽ, ſu nouis. Refert & ſequitur Imo in c. ult. col. x. ext. quod metus cau. Alex. d. conſ. cxxx. uerſ. tertio præ dicta confirmantur. lib. i. Iaſ. in repet. l. admonendi, col. ult. ff. de iureiuran. ubi hoc dicit notab. & late in dicta l. ſi quando, in ix. notab.

*Iuramento ſtare promittens, parte non citata iuramẽtum ualet.*

A quo nõ longe abeſt quod nota. cõſuluit Alex. dicto conſi. cxxx. difficultas huius negotii, lib. i. ꝙ ſi ego promiſi ſtare tuo iuramento de damno, & intereſſe, poteris iurare me abſente & non aliter citato, licet agatur de meo præiudicio, cum etiam ſi eſſem citatus, & adeſſem, non poſſem tamen facere quin iurares & tibi crederetur, quod pro ſingulari refert Catel. Cotta in memor. citat. part.

*In adeo notorÿs nõ requiritur abſentis citatio.*

Poſtremo hinc eſt, quod in his quæ ſunt adeo notoria ꝙ certum eſt nullam defenſionẽ abſenti competere, non requiritur citatio per tex. in c. bonæ. i. in uerſi. porrò extra de elect. & in c. uenerabilem, ubi etiam Panorm. hoc modo intelligit, col. vi. uerſicu. item not. ibi, ſunt enim, extra eo. & in c. ad noſtram, iii. col. ii. uerſi. opponitur, ii. extra de iureiuran. & in c. accepta col. pen. extra de reſtit. ſpol. & in c. cum ſit Romana, extra de appel. & in c. i. col. ii. de cau. poſſ. & propriet. & in c. cũ olim, ubi idẽ Panor. qui hoc dicit ſingulariter notandum, col. vii. uerſi. not. ſing. extra de re iudic. & ita quoque uoluit Panor. in c. ueſtra, col. ult. uerſ. circa quartum, extra de cohab. cle. & mulier. & conſi. lxviii. in fin. lib. ii. in quibus locis dicit ita debere intelligi glo. & Doct. qui dicunt in notoriis non requiri citationem, quos ibi per eum uidere poteris, & hoc quoque ſequitur Barb. nulla Panor. facta mentione in l. is cui bonis, col. xix. uerſi. mihi tamen uidetur, ff. de uer. obli. ubi

*Notorium reſultans ex facto iuris.*

& illud præterea dicit, quod in notorio reſultante ex facto iuris non requiritur citatio, ar. nota. in c. ad ferre, de præſump. & in c. Rainutius, de teſt. & per Bal. in l. i. C. ut quæ deſunt aduoc. part. ubi traditur, quod non eſt neceſſarium huiuſmodi notorium re-

ſultans

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ſultans ex facto iuris, uerum quo ad primum caput pertinet,uide quæ dicam infra in xxxij.limitatione, in ult.declaratione.

Aduerte tamen, ꝙ contra huiuſmodi limitationẽ poſſent multa adduci; nam ſententia,et iudicium redditur in inuitum.l. inter ſtipulantem.§.i.ff. de uerb. obli.& tamen requiritur citatio patris.l. ad peremptorum,& l. ſequen.ff.de iudic.l. necquicquam.§. ubi decretum,ff.de offic.procon. Item teſtes deponunt uelint nolint,& pars aduerſa citanda eſt,l.pen. uerſi.ſed cum oportet,C.de teſti. & ſexcenta huiuſmodi exempla in eam rem adduci poſſent, ut etiam admonet Carel. Cott. dicto memor. citatio patris. Ideo cogita quid dicendum,& uide Bar.& Philip. Dec.in l.qui poteſt,ff.de reg.iur. *Contra præcedentem limitationem*

Limita tertio principaliter noſtram regulam, ut uidelicet debeat citari is,de cuius præiudicio agitur, ut non procedat quando eſſet futurum periculum ex citatione,uel propter moram, uel propter citandi fugam ſuſpectam,ut de primo uoluit Innocen.in c. ſignificauit,in fin.extra de teſtib.arg.extra de con firm.util.c.cum dilecta,& ſequitur Alexã. in.d.l.de unoquoque,col.ij.in fi.uerſi.item limita regulam,ff. de re iudic.Ex quo & illud manare poteſt,quamuis & alia ratio reddatur,quod a Bal. pulchre traditum eſt in auth.cum qui appellat.C.de tempo.appel.& in c.vi.tit. quo temp.mil.quod ultima die compromiſſi uel inſtantiæ poteſt ferri ſententia, quod ſing. reputat Alex.ubi ſupra col.ult.uerſi. item fallit quãdo ultima,& Iaſ.in.l.necquicquam.§. ubi decretũ, col.v.uerſi.tertio principaliter.ff.de off.proconſ. de quo etiam per eundem Bal.Pau.Caſt.in l. admonẽdi,de iureiurand.& in l.ſi quis arbitratu, & ibi late Are.colum.v.ff.de uerb.obli.& in l. ad peremptorium,ff.de iud.& Rom.in l.qui calendis,ff. de uer. ob.& in rub.de arbi.x.q.Et alias,ubi eſt periculũ in mora,recedimus a regulis iuris cõmunis, ut late per Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos,ff.de ope. no.nũ. *Nõ citatur cui ſit præiudiciũ, quando futurum eſſet periculum ex citatione.*

Pe.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID
BIBLIOTECA

Pet. Ancha. conſi. 277. ex prædicta facti narratione col. i. De ſecundo autem latius diximus ſupra.

*Examinatio alteri commiſſa, an quis ſit idoneus, uel dignus.*

Limita quarto non procedere, ubi alteri committitur examinatio, an quis ſit idoneus ſiue dignus, an non, ut uoluit gl. not. in cle. i. de offi. del. & Inn. in c. vlt. in fi. extra de transla. præla. & in c. vlti. col. i. in fi. uerſ. item licet more, & ibi Io. And. col. ij. in prin. et Bal. col. pe. uerſi. quarto quæro, extra de præſum. Land. in cle. ult. & ibi etiam Card. in v. q. de reſcri. & iterum in cle. i. & ibi quoque Card. in. i. q. de conceſ. præb. & Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cle. & in l. non dubium, col. viij. C. de legib. & in l. neque natales, col. ulti. uerſic. ſed nunquid in iſta examinat, C. de proba. & in l. certum, col. iij. & ibi Iaſ. col. antep. C. unde legit. Rom. ſing. 366. fuit unus, uerſi. quarto fallit, et Ale. in d. l. de unoquoque col. ult. uerſi. item falſit ubi.

*Conſciētiæ alicuius cōmiſſum.*

Limita quinto, non procedere, quando aliquid cōmittitur conſcientiæ alicuius, quia ille poterit procedere ſine citatione, ut uoluit Bald. in d. l. certum, col. ij. in fi. C. unde legi. & in l. ult. C. de leg. hære. & in l. qui ſe, piis, C. unde libe. Rom. in repet. rub. ff. de arbit. colum. ij. in fin. Alexan. ubi ſupra, & Lanfran. in tract. de arb par. vij. col. iij. pro quo bene facit gl. no. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem, in uerbo, relinquatur de reſcri. quam faciunt ſing. Pau. Caſt. in l. de pupillo. § qui opus ff. de ope. noui nun. & Ang. Are. in. §. ſed iſtæ, inſti. de act. ibi, uide Iaſ. Bal. quoque in. c. ſi ſacerdotes, extra de off. ord. Verum Ro. in d. l. certum, in fi. uult illud dictum Bal. non procedere, quando extaret perſona, de cuius præiudicio ageretur, per id quod nota. gl. in l. ult. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. ubi ad hoc ut recte determinet, neceſſe habet recte informari conſcientiam ſuam, ergo cauſæ cognitio requiritur, & ſic citatio, in l. cauſæ. §. cauſa cognita, ff. de minori. & hanc poſtremam ſententiam ſequitur Iaſ. in d. l. certum, col. antep. & in d. §. ubi decretum, in xiiij. fallen. ibi poſtquam recenſuit illud dictum

*Cauſæ cognitio requiritur, ut quis recte informetur.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ctum Bal.quod ſingul.dicit,tandem adijcit non eſſe ſimpliciter uerum, adducitque præterea quod egregie dicit Bal.in ſua diſpu.ſtatuto cauetur quod fœnerator,col.ult.quod ille,cuius conſcientiæ aliquid cõmittitur nõ poteſt leges tranſgredi, quia intelligitur de conſcientia legibus munita, & ſecundum leges (ut dicam) regulata, non de ea quam ſibi quiſque fabricat arg. l.codicillis,§.ult.ff.de leg.ij. Item iſtud uerbum conſcientia importat arbitrium boni uiri, non meram & liberam uoluntatem, ut uoluit ipſe Bal.in l.nulli,col.iij.C.de epiſ.& cle. & in l.ult. in fi.C.de iure dom.impe.quod et patet ex not.in cle. i. in uerb.oneramus,de iu.pat.Sed cum aliquid committitur per uerba importantia arbitrium boni uiri, debet talis commiſſarius partes citare,ut uoluit Barto.in extraua.ad repri.in uerbo,ſine figura,& in uerbo,uidebitur,et Bal.in l.captatorias,in iij.q.C. de teſta.mi.& ita quoque iiſdem rationibus tenuit Ale. ſibi contrarius conſi.ccxix. uiſis verbis domini Grimaldi.lib.ij.

*Conſcientia legibus munita. Et quam ſibi quiſque fabricat.*

*Verbum cõſciẽtia,quid importet.*

*Limita ſexto,ut nõ procedat in Papa*,qui poteſt ferre ſententiam diffinitiuam contra tenentes iniuſte res eccleſiæ nulla præcedente citatione,ut uoluit no. Io.And.in d.c.cum olim,de re iud.in nouel. et refert & ſequitur Bal.in l.ij. quomodo & quando iud. & in prælud.feud.col.ix.uerſ. aliqua ſed pauca de principe paulo inferius, & Iaſ. qui hoc reputat ſin.in d. §.ubi decretum,col.v.uerſi.quarto limita.

*Papa poteſt ferre ſñiam ſine citatione.*

Sed aduerte quod Pan.in d.c.cum olim, col. vij. hoc intelligit ſecundum quæ diximus ſupra in.ij.limitatione,uer. poſtremo hinc eſt, uidelicet quando adeo notorium eſt res eccleſiæ ab iis iniuſte teneri, quod nulla defenſio poteſt eis competere. Alias.n. nec hoc caſu nec alio poſſet Papa procedere ſine citatione,per ea quæ ſtatim dicemus in ſeq.limi.ſicut etiam expreſſe uoluit Io.Monach.in extrauag. rem non nouam,& Rom.conſi.369.circa primum,col. i.& ij.ubi declarat qualiter hoc intelligatur.

*Superior limitatio quõ intelligẽda.*

Limita

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*An princeps poſſit cognoſcere & iudicare parte non citata.*

Limita ſeptimo, vt alias etiam ſemper non procedat in principe,qui poteſt & cognoſcere & iudicare non citata parte,ut uoluit Bal. in d.l.i.in princ. C.quomodo & quando iudex,per gl.notab.in l.ante pe.in fi.ff.ex quibus cauſis maior,& idem Bal.in l.nec cauſas. C. de appel. vbi mature reſpondet ad cle.paſtoralis,de re iudic.& facit tex.in c.ſicut in iure,in fi.de exceſ.præl.quem ad hoc not.Hoſt.& Anto.Sed hoc plene falſum eſt, & contrarium etiã voluit glo.no.quam & ipſe Bal. ſibi contrarius ſequitur in l.vl.C.de legi.& Ro.in l.i.col.vi.ff.de reſcr. & idem voluit gl.Io.Mon. in extrauag.Bonifacij viij.rem non nouam,in gl.vlt.ſub tit.de dolo et contu.Bar.in.d.l.nam ita diuus.quam legit cum l.adoptio,ff.de adop.& in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ, & ibi recentiores,maxime Iaſ. in utraque lect. col. vlt.ff.de li.& poſt.& Bal.in l.ij.C.de temp.appel. & in l.vlt.C.de fruc.& lit.expen.& conſi.lviij.factum ſuper quo,lib.iij.& Ang.in l.princeps,ff.de legi.Sal.in l.nec cauſam,C.de appel.Rom.in l.ſi quis arbitratu,col.iij.ff.de uerb.obl.& in repet l.i.col.v. verſi.item ſimilis quæſtio,ff. de arbitr.Ant.& Pan. in c.cum olim,extra de re iud.Card.& Panor.in c. i.de cauſa poſſe.& proprieta.Ale.in d.l.de vnoquoque,col.ult.ver.item fallit in proceſſu principis, & Iaſ.in d.§.ubi decretum,col.vi.uerſi.ſeptimo fallit, & faciunt not.per Canoniſtas,in c.in noſtra,de procu.& in.c.inter quatuor,de maio.& obed.& eſt ſingularis text.in c.i.de cau.poſſ.& proprieta. ibi,nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire,& in l.i.col.iij.de conſt.princi.Soci.conſ.lix. in cauſa nobilium,col.vi.verſi.ſexto & ult.li.iij.& cõſi.120.memini me alias,col.iij.uerſ.ſed ad abũdãtiorem,eo.lib.iij.

*Citatio iuris e diuini.*

Et hoc quoque probatur duabus potiſſimum rationibus. Primum enim citatio eſt iuris diuini, ut uoluit Bart.in extrauag.ad reprimendum,in uerbo,ſine figura,col.ij.& Imo.in clem.ſæpe,col.xliij.uerſi.habetur expedita, et hoc colligitur

ex

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ex c. Deus omnipotēs, ij. q. i. ubi dicitur, quod Deus noluit punire peccata Sodomorum, niſi deſcenderet, & ueniret &c. & idem ſcribitur Geneſ. 3. ubi Deus antequam puniret Adam de peccato inobedientiæ illum uocauit, & ipſius defenſionem audiuit. Quibus motus Pan. in d. c. i. de cauſa poſ. & propri. & in d. c. cum olim, col. ix. dicit Deum citationem inſtituiſſe; deinde, citationem committere, nihil eſſe aliud q̃ defenſionem tollere, ut eſt tex. in c. paſtoralis, uer. dici ne ergo ſententia. de re iudic. Defenſio autem iuris naturalis eſt, ut etiam ibi eſt text. in uerſi. nec prædicta ſuppletur; igitur non poteſt tolli per principem iuribus alle. quod & ſenſit Bal. conſi. 186. ad euidentiam, col. ult. lib. v. & in repet. rub. ff. de arb. col. vi. uerſi. xvij. hæc tñ limitatio poſſet procedere, ſi princeps ex plenitudine poteſtatis, et ex certa ſcientia ferret ſententiam, per l. ij. in fi. C. in integ. reſt. & ita uoluerunt Hoſt. & Ioã. Andr. in d. c. in præſentia, de procu. idem Io. And. in d. c. i. de cau. poſſ. & propr. Bar. & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de li. & poſt. & idem Bar. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. ij. col. vi. C. de ſeru. & aqua. & Bal. in l. nec cauſas, C. de appel. & in l. iij. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſq; iur. & in l. ij. quomodo & qñ iud. Sal. in d. l. nec cauſas. C. de app. Ant. & Pan. in d. c. cum olim, de re iud. Quanquam etiam in hoc contrarium expreſſe uoluerunt Card. et Pan. in d. c. i. de cauſa poſ. et propr. et late Franc. Are. conſi. 165. ſicut Iac. dicit col. ix. uerſic. circa ſecundum. ſed ſuper hoc uide late Fel. in c. quæ in eccleſiarum. col. xxv. in ſexta limit. per totum, de conſti. Verum hæc ſeptima principalis limitatio poſſet obtinere in interpretatione declaratiua, uerbi ambigui facienda per principem, tunc enim non requiritur partis citatio, ut uoluit Inno. in c. olim, & ibi quoque Hoſt. et Pan. de uer. ſig. & Pau. Caſt. conſil. 338. quia exceptiones. col. i. & ij. libr. i. tamen ſunt, qui & in ſententia declaratoria principijs requirunt citationem partis, ut gloſſ. in cle.

*Adam uocatus antequã punietur.*

*Defenſio ẽ iuris naturalis.*

*Princeps ferens ſnĩam ex plenitudine ptãtis.*

*Qui teneãt contrarium.*

*Interpretatio uerbi ambigui facienda per principem.*

cle.ult.de cenſib.& in cle.i.& ij.de pœ.& Socin.d. conſi.cxx.lib.iij.Alex.conſil.xi.alias conſului.col. iiij.uerſi.nec obſtat etiam prædictis.lib.vii.& Soc. conſi.lxiij.uiſo teſtamento nobilis,col.vi. uerſi. ſed hoc non obſtante.lib.iij.

*An requiratur citatio, ſi proceſſus pronunciatur eſſe nullus.*

Limita octauo ut non procedat], quando pronunciaretur proceſſum eſſe nullum, qui uere nullus eſt, quia tunc non requiritur citatio ſecundum Alba.antiquum qui hoc dicit ualde not.in c.cauſam quæ, ꝑ illum tex.extra de præſcr. quod dictũ pro ualde ſingul.refert,Anto.ibi in notab. qui et alle.tex.in c.pro latam.ij.q.vi. ſubiungit tamen ꝙ non eſt generaliter uerum, & tu de eius ueritate uide ibi Innocent. & Panor.

*Vtrum eſt ulterius citandus ad ſententiam, qui in prima citatione dixit ſe nolle uenire.*

Limita nono ut non procedat, quando citatus in prima citatione dicit ſe nolle uenire, quia ulterius non eſt citandus ad ſententiam, ut not.gloſ.in l.tres denunciationes,& ibi Bal.Ang.& Sali.C.quomodo & quando iud.& in l.ult.in fi.& ibi Bart. et omnes ff.de in integr.reſtitut. & in l.conſentaneum.in uerb.contumacia.et ibi quoque Bar.& Bal.C.quomodo & quando iud.& in l.ex conſenſu.§.ulti. & ibi Imo.ff.de appel.& Hoſt in ſumma de contum. Specul.in tit.de contum.§.i.uerſic.& inquirendum quoque,& in tit.de citat.§. uiſo,uerſicu.item poteſt conſtare,Bart.in l.ſi finita §.Iulianus,ff.de dam.infecto, de cuius tamen ueritate uide late per Alexan. in l.contumacia,col.ij. uerſicu. quarto fallit,ff.de re iudic. ubi comperies alios tenuiſſe ſimpliciter contrarium, alios diſtinxiſſe, an hoc dixerit in iudicio, an extra iudicium,hoc aũt nemine reclamante haud dubie procederet,ſi citatus expreſſe diceret ſine cauſa,ſe nolle amplius comparere coram iudice, ut uoluit Angel.in l.ad peremptorium,ff.de iudic.& Anton.in c.conſuluit,de officio delegat.& Imol.in dicta l.ſi finita §.Iulianus,& Alexand. in dicta l.contumacia.

Limita decimo,ut etiam non procedat quãdo ci-



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tatus ipſe poſt citationem primam, equum aſcendit & ultra mare abiit, quia etiam tunc non eſt ulterius citandus ad ſententiam, quia declarat (hoc faciens) quod amplius non uult citari, ita uoluit Bald. in d.l. conſentaneum. in fi. C. quomodo & quando iudex. dicens eſſe dictum ualde ſing. Innoc. in c. auditis. de procur. ubi tamen de hoc nihil dicit, & credo ꝙ illum uoluit allegare in d.c. ad petitionem, in gl. magna, de accuſa. & hanc limitationem ſequitur Rom. in d.l. Iulianus. §. ſi finita. ff. de damno infect. Alexan. in dicta l. de unoquoque. col. ulti. & in dicta l. contumacia. col. ij. uerſi. quinto fallit. ff. de iudi. Sed hac in re notandum eſt præterea quod ſubdit Bald. in d. l. ij. quod de hoc cõſtare debet iudici, antequam pronunciet, l. hæc autem. §. i. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. *Qui poſt primum citationẽ ultra mare abiit, ulterius non eſt citandus.*

Limita undecimo ut etiam non procedat, quando quis fuit primum citatus perſonaliter, & non uenit, quia tunc nõ debet ulterius citari, etiam ubi opus eſt aliis citationibus, ſecundum Inn. in d.c. ad petitionẽ de accuſ. quem ſequuntur domini de Rota deciſ. 33. licet in cauſis prophanis. & Iaco. Butr. in c. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. ea moti ratione, quia in incertis non certis locus eſt cõiecturis l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. Sed communiter tenetur contrarium ut per gl. Bar. et omnes in d.l. ult. ff. de in integ. reſt. Bal. in d.l. tres denuntiationes, allegans ad hoc text. in l. præſenti. C. de his qui ad eccl. confu. & idem Bal. in c. i. col. i. tit. de milit. uaſſal. qui cont. eſt, Io. And. in addi. Specu. tit. de contum. §. i. Ant. in d.c. conſuluit, de offi. deleg. & in c. ult. de eo qui mittit in poſſ. doct. in d.c. ad petitionem, Imo. in dicta l. ex conſenſu. §. ulti. ff. de appel. & in dicto. §. ſi finita, & Alex. in dicta l. contumacia, col. i. *Citatus perſonaliter nõ eſt ulterius citandus.*

Limita duodecimo non procedere, quando pars ſe occultat, nec patitur citationem ad ſe peruenire, ſecundum Innocen. & Hoſtien. in d.c. ad petitionem, per text. *Qui non patitur citationẽ ad ſe peruenire non eſt citandus*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

tex. in c. quoniam. §. poteſt. extra ut l t. non conteſt. & Io. Monac. in c. Romana §. contrahentes. de fo. compe. lib. vi: & domini de Rot. in deciſ. ſupra alle. & Ant. in d. c. ult. col. ult. de eo qui mit. in poſſeſ. & Alex. in d. l. contumacia. in ix. fallen.

*Interlocutoria modici praeiudicij.* Limita decimotertio in interlocutorijs, quæ ſunt modici præiudicij, quæ poſſunt ferri abſente & non citata parte, ut uoluerunt Bal. & Iaſon col. v. in d. §. ubi decretum. Imo. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic. cum concor. quas uidere poteris ſupra tit. vi. §. v. in tract. modicorum.

*Inhibitoria iudicis eccleſiaſtici.* Limita decimoquarto, ut non procedat in inhibitorijs, quas faciunt iudices eccleſiaſtici ſecularibus, ne cognoſcant de aliqua cauſa, quod poſſunt facere ſine citatione, ſecundum Archi. in c. Lotharius. ij. q. i. & Bald. in l. presbyteri. colum. ij. in ij. q. C. de epiſcop. & cleric. Sed de huius rei ueritate, uide quæ diximus ſupra.

Limita decimoquinto, vt non procedat in eo qui fuit contumax in reſpondendo poſitionibus, quia ad audientiam ſententiam amplius citari non debet, ut uoluit Specu. ti. depo. §. viij. in fi. quem ſequitur Roma. ſing. xxv. an contra contumacem. Tamen contrarium tenet Io. And. in addi. ipſius Spec. ubi ſupra & etiam in tit. de citatione. §. uiſo. uerſic. item licet. in fi. & iterum in c. ij in fin. de confeſ. lib. vi. & Iaſ. in d. §. ubi decretum. in xi. fallen. ubi tamen dicit ſingu. illud dictum Spec.

*Reuiſio rationum ſiue computorũ.* Limita decimoſexto in reuiſione rationum, ſiue (ut uulgo loquimur) computorum. Nam ſi is qui rõnes debet reddere, librum rationũ reſtituit ex quibus appareat eum eſſe debitorem, poteſt nõ aliter citatus condemnari, ut eſt tex. quẽ ita intelligit Bart. in l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rerum ad ciuit. perti. & Bar. ſequitur Pau. Caſt. in l. ij. C. ubi decur. uel clariſſ. l. ij. in fi. ubi dicit hoc eſſe perpetuo menti tenendum et Pan. in c. bonæ. i. col. iiij. de elec. et in c. i. col. ij. de cauſa poſſ. & prop. & in c. cũ olim

col.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

col.vi.& ibi ẽt Card.Flor.de re iud.& in c.ex inſinuatione,in fi.& in c.cum ſit Romana,in fi.de app. et in c ueſtra,de app col.ult.ext.de coha.cle.et muſ. et conſ.lxviij.quanq; ſuper uacatione in fin. lib. ij.

*An in ſñia taxationis expenſarum requiratur partis citatio.*

Limita decimoſeptimo,ut non procedat in ſententia taxationis expenſarum, in qua non requiritur alterius partis citatio,ſecundum Inn.in c.ult.extra ꝙ met.cau.Bald.in d.l.ij.quomodo & quando iudex, & in l.terminato,col.ij.C.de fruc.& lit.expen. Iaſ. in d.§.ubi decretum,in xvij.fall.et facit quod uoluit Inn.in c.ij.in fi.ibi,uel dic,quod interlocutoria,extra de procu.& Bal.in l.ſancimus,in x.q.C.de iud.Sed tamen in practica aliter obſeruamus.

*In cauſa ſtatus ſentẽtia lata inter aliquos nocet omnibus etiã nõ uocatis.*

Limita decimooctauo nõ procedere in cauſa ſtatus, in qua ſententia inter aliquos lata nocet omnibus etiam non uocatis,per text.in l.ingenuum,ff.de ſtatu ho.quem ſic intelligunt Doct.ibi,& in l.ij.C. quibus res iudic.non noc. Vnde Io.Fab. dicit in.§. præiudiciales,col.pen.uerſi.ſed quid in cauſa nobilitatis,Inſtit.de actio. ꝙ ſententia qua quis declaratus eſt nobilis uel ignobilis, facit ius inter omnes ẽt non uocatos,de intellectu tamen d.l.ingenuum, & qualiter & quomodo peocedat, uide præter Doct. ibi Pan.in c pe.col.viij.uerſi.ſextus caſus, extra de re iu.& omnino Ale.poſt Imo in d.l.ult.colũ.xv. uerſi.addit etiam gl.ff.eo. ubi etiam ponit multas limitationes ad d.l.ingenuum. Sed & eum quoque, col.xix.uerſ.iuxta hoc quæro,ubi late diſſerit, quid ſi quis fuerit pronũciatus clericus, cuius monachus, bannitus,infamis,vaſallus aſcriptitius, hermaphroditus,excommunicatus.

*Quod inter alios actum ẽ, quatenus alijs noceat.*

Menoc. [illegible]

Limita decimonono, ut uidelicet non noceat alijs nõ uocatis,quod inter alios actum eſt quo ad plenũ præiudicium.Nocet.n.quo ad aliqualem pſumptionẽ, ſiue facit qualequale præiudiciũ,unde ius illorũ uacillat,ut no.gl.Guil.Cune.Fulg.et alij,in l.ſi duo patroni,ff.de iureiuran.uide ibi Iaſ.& glo.in l.ij.C. quibus res indic. non noc. & gloſ. in l.i. in uerbo,

C præiu-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

præiudicium,ff.de excep. rei iud.& glo. in l. a ſententia,in princ.ff.de appell.vbi eſt & de hoc bonus tex.quod ratione huiuſmodi præiudicij poteſt appellari,& glo.c.cum inſuper, in uerb.interpoſitam, extr.de re iud.& glo.in l.1.C.de falſ.gloſſ.in c.dilectus ii.in verbo,dantes,in fi.extra de ſimo. & in c. ordinata,lix.diſt.& in c.interrogatum, ii.q.v.Ant. & Panor.hæc relinquentes arbitrio iudicis in c.pe. col.vi.poſt prin.extra de re iudi.& Bar.in l.admonendi,col.3.verſi. quæro quid ſi dicta teſtium,ff.de iureiur. vbi dicit,quod facit ſemiplenam probationem,& in l.Lucius,ff.de his qui not.infa.Alex.optime declarans quale ſit huiuſmodi quale quale præiudicium, & quid & in quibus operetur in d.l.vlti. col.21.verſi.item procedit hæc regula.

*Non vocato præiudicat, ſi paſſus ē, cui primum actio competebat, ſequentem agere.*

Limita vigeſimo non procedere, cuius is cui primum de aliquã re actio uel defenſio cõpetebat paſſus eſt ſequentem agere,& ſi vocatus non fuerit, illi æque præiudicat,ac ſi ipſe egiſſet,vel defendiſſet,veluti ſi debitor paſſus ſit creditorem experiri de proprietate pignoris aut maritus ſocerum vel vxorem de proprietate rei dotalis, aut emptor venditorē de proprietate rei emptæ,text.eſt in l.vlt.ff.de re iudic. vbi & hæc exempla adſcribuntur, & in c.pe.extra eo.ti.in quibus locis hanc materiam abunde a Doc. tractatam reperies,& maxime per Alex.qui copioſiſsime omnium eam rem executus eſt.

*Fiſcus vendere poteſt rem quam habet cōem cum alio, ille non vocato.*

Limita vigeſimoprimo nõ procedere in caſu l.2. C.de cõmu.rerum alien.& in l.1.C.de vend.rerum fiſcal.lib.10.vbi fiſcus põt vendere totam rem quã habet cõem cum alio etiã non vocato, ita quod ille huiuſmodi venditionē infringere non poteſt.Et hæc quidem procedit ex priuilegio ſpeciali conceſſo fiſco,vt eſt tex.formalis in l.2.vbi dicit gl.quod hæc procedit ſi fiſcus habet aliquam partē; nam ſi nullã hæret, & nihilominus ſciens venderet, nihil obeſſet domino,at ſi imprudens,quia putat ſe dominũ,venderet,habet locũ l.bene a Zenone,C.de quadr.præſcri.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ſcri. quæ vult tenere uenditionem, ſed reſtituēdum a fiſco pretiū domino. Id quod ſingulariter dicit not. Pan. in d. c. pe. col. 8. verſ. primus igitur caſus, extra de re iud. quia multi (ut dicit) errant in intellectu huius l. bene a Zenone. Et ita ſub hac limitatione duæ comprehenduntur, una per d. l. 2. de commu. rerum alie. altera per d. l. bene a Zenone.

Limita igitur vigeſimoſecundo non procedere ratione connexitatis, vt voluit gl. in d. c. penult. per text. 31. diſt. c. tantis Daniel, & 3. quæſt. 6. cap. hæc quippe, & de accuſa. c. ad petitionem, & ibi etiam gl. in verbo, per cōſequentiam, & de purgat. canoc. c. penul. quibus adde & tex. in c. dilectus ii. extra de ſimon. vbi & hoc gloſſ. notab. in verbo, dantes, ex qua tamē diſcere poteris, quomodo & qualiter hoc procedat, de quo etiam per Innoc. Hoſtien. & late Panor. col. 11. verſi. ſeptimus, in dicto c. pen. Inno. & Ant. in c. dudum, 2. de elect. & Alex. in l. vlt. col. 11. verſi. etiam iuxta hoc, & iterum col. 14. ver. itē fallit regula, ff. de re iudi. *Connexitas quid operetur.*

Limita vigeſimotertio, vt non procedat in re indiuidua in qua ſententia contra vnum lata alijs etiā non vocatis præiudicat, vt voluit de ſeruitute loquens quæ indiuidua eſt l. 2. ff. de verbo. obligat. §. 1. cum ſimilibus, gloſſ. in l. qui aliena. §. vltim. in verbo, prædio, ff. de nego. geſt. & in l. loci. §. ſi fundus, in verbo, proderit, & ibi Angel. ff. ſi ſeruit. vendic. & in l. ſi de communi, in princip. & ibi Bartol. ff. eod. & Angel. in dicta l. 2. §. ſi tamen hominem, & ibi Imo. & Rom. in verſi. ex his, ff. de verb. obl. Anto. in cap. cauſam. ii. extra qui filij ſint legiti. Imo. in d. l. vlti. & ibi Alex. col. 13. verſi. aduertendum eſt in hoc, ff. de re iudic. & Pan. in dicto c. pen. col. 3. de re iudic. Quanquam contrarium tenet Inno. in dicto c. cauſam, vbi tamen videtur ſibi contrarius in glo. magna in duobus locis & Iaco. Butri. in d. l. ſi de communi, & Bartol. ſibi contrarius in l. ex duobus reis ſtipulandi, in 4. queſtio. ff. *Sententia lata in re indiuidua, ēt non vocatis præiudicat. Qui teneāt contrarium.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de duobus reis. Sed tenendo primam eam limitabis procedere in ſeruitute iam conſtituta, prout loquitur d. §.ſi fundus & d.l.ſi de communi,ſecus in conſtituenda,quia lata ſuper ea ſententia aliis nec pdeſt nec nocet,cum in ea non reperiatur terminata regula noſtra, & facilius retineatur ius iam conſtitutum quam de nouo inducatur l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur.ita uoluit Bart. quem ſequuntur recentiores in d.l.ij.uerſi.ex his,de uerb.ob. & Ale. qui hoc multum commendat in d.l.ult.

*An iudex poſſit pronũciare ſuper eo,quòd lex pronunciauerat ſine citatione.*

Limita uigeſimoquarto,ut non procedat quando iudex ſuper eo pronunciat,quod lex ipſa iam pronũciauerat,uidelicet ſi excommunicat aliquem qui erat a iure excommunicatus , non requiritur citatio ſiue monitio,per tex.in c.reprehenſibilis, extra de app. licet alias requiratur in ſententia lata ab homine, ut uult tex.in c.ſacro, extra de ſenten.excommunicat. & ita expreſſe tenuit Roma. in his cui bonis, ff. de uerborum oblig.faciens ad hoc ſingul.tex. in d.c.reprehenſibilis, & dicit hoc perpetuo memoria tenendũ,quia ſingularis eſt limitatio ad dictam l.de unoquoque.ff.de re iudica. & ſequitur Barba. in d.l. is cui bonis,colum.xvij.uerſic.& circa prædicta. Verum Franciſc.Are.ibi,col.iij. uerſi. item adde dictis, hoc reprobat;quia quando iudex idem pronunciat, quod lex ipſa pronunciauerat, huiuſmodi ſententia ita debet interpretari, ut id quod ipſe iudex pronunciauit pro declaratione rei iam a iure pronũciatæ habeatur, uid. licet excommunico te pro tali re, ideſt, declaro te a iure excommunicatum, ut no.per Bart. in l.i.C.de nego.geſt.ubi etiam Bal. & Ale. & late Inn.conſi.xcix.in quæſtione quæ uertitur, col.i. cum concord.quas alibi citabo. Verum in ſententia declaratoria iuris,requiritur eius citatio, de cuius præiudicio agitur,ſecundum gl.in clem.præſenti,in uerbo, conſtiterat, de cenſib. & iterum in clemen.i. §.ult.in uerbo,quinto concede,ruſumque in cle.ij. in uerbo,conſtiterit, de poenis, quas ſequitur & ipſe

Roma.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Roma.in d.l.ſi cui bonis,& not.per Panor.& alios in c.peruenit.i de appella.& Bar.in l.ab executore, in prin.ff.de appel,& Bal.in l.ea quæ, C.commu. utriuſque iud.& idem Are. dum illas glo. allegat in c.i.col.viii.uerſi. utrum autem quãdo pœna,de iud. & conſi.clxvi.ſicut Ioa.dixit,col ix.et Alex.addit Barto.in l.Imperator, ff.de iure fiſci, Feli.in c.Rodulphus,col.antepe.uerſi.ſed iuſtius eſt cum citatur pars, extra de reſcr.Socin.quoque inter conſil.Frãc. Curtii Senioris conſi.xx.domine labia,in iiii.dubio, col.eiuſdem, ubi dicit de hoc eſſe bonum tex.in c. parochianus,ubi & hoc Pan.declarat extra de ſenten.excommu.& bene facit tex.in dicta clemen.cũ dicitur ſi conſtiterit, quia conſtare non poteſt, niſi parte uocata per l.ult.ſi per uim uel alio modo, cũ ſi.Nec obſtat inquit Aret. d.c. reprehenſibilis,quia uere ſatis rationabile eſt quod quando homo nihil inducit ultra legem, non debeat ſeruari ſolennitas expreſſe requiſita in excommunicatione lata ab homine, ut ibi dicitur; ſicuti etiam dicimus in ſimili de ſtatuto idem diſponente quod ius commune,de quo in l.i.in prin.ff.ad leg.Falci.& in c.i. de conſti. lib. vi. Sed ꝙ declaratio eius quod a iure factum eſt, uel inductum non requirat citationem, cum poteſt alteri præiudicare,non eſt uerum, ſed eſt contra regulam d.l. de unoquoque, & illas gl.approbatas. Cui adde quod tex.in d.c.reprehenſibilis,non loquitur de citatione,ſed de monitione,quæ fit,ut quis ſatisfaciat,quæ multum differt a citatione,per q̃ quis citatur ut ad cauſam ueniat,ut de ſe paret, & not.recent.in d.c.ſacro,de ſen.excom. & in c.cum ſit Romana,de app.& Fran.Are.hoc expreſſe not.in caſu dicti c.reprehenſibilis,d.conſ.clxv.col.viij.uerſi. et tamen his non obſtantibus.

*Declaratio eius quod a iure factum eſt, cum alteri præiudicat, citatione requirit.*

*Abſolutoria lata ſuper crimine publico, nocet aliĳs etiam non uocatis uolentibus accuſare de eodem.*

Limita uigeſimoquinto in ſententia abſolutoria ſemel lata ſup crimine publico quæ nocet aliĳs ẽt non uocatis uolentibus accuſare de eodẽ crimine,ff. de accuſat.l.ſi cui.§.iiſdem,& extra eo.c. de his,&



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ita etiam hunc caſum excipit gl. in d.l.ij.C. quibus res iudic. non noc. quæ limitat niſi colluſio detegatur per iura quæ allegat. Sed & tu limita alio modo ſecundum tex. in d.§.ijſdem, huius autem fallentiæ rationem reddit Alex. in rep. d.l.ult. col.x. uerſi. aliam fallen. poſuit, ff. de re iud. quia in hoc caſu fiſcus & reſpublica in cauſa eſt, ut quilibet admittatur ad accuſandum, & ideo proprie non præiudicatur per ſententiam abſolutoriam alteri, ſed ipſi fiſco aut reipubli.

Limita uigeſimoſexto ampliando præcedentem limitationem in omnibus popularibus actionibus, in quibus agitur de iure publico, ut uoluit gl. in d.l. ij.C. quibus res iud. non noc. per text. in l. eum qui. §. in popularibus, ff. de iureiu. cui adde tex. in l. iij. ff. de popul. actio. Cuius etiam rei rationem reddit Alexan in d.l. ultima. col.x. uerſi. aliam fallentiam dicit ff. de re iudicata, quia popularis actio competit pro iniuria facta toti populo, ut ſi quis ſepulchrum uiolat, uel eccleſiam, aut uiam publicam ſeu albũ prætoris corrumpat l. iij. in prin. de ſepulc. viol. l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iud. unde quilibet de populo cenſetur procurator reipu. Ideo ſicut cum vnus habet plures procuratores cum mandato, lata contra unum ex procuratoribus ſententia non poteſt alius agere, l. pluribus, ff. de procura. & cap. ſi duo, eodem titu. libr. vi. ita & in hoc caſu, ſubditq; idem dicendum in iure quaſi publico ſiue quaſi populari, ut quando opponitur contra electum ad dignitatem aliquis defectus ad infringendam electionem. Nam ſi ſemel lata fuit ſententia contra opponentem, non poterit amplius alius eundem defectum opponere, ut eſt glo. nota. in c. cum dilecti, in uerbo, iudicatum, de elect. & in cap. cupientes. §. cæterum, in uerbo, nullum præiudicium, eodem tit. lib. vi. & no. Inno. in c. ſuper his in gl. i. & iterum in uerbo, a promotore, de accuſat. & in cap. cauſam ij. in fi. magnæ glo. extra qui filij ſunt legit. & Archidia. in c. illud,

*Quilibet de populo cẽſetur procurator reipub.*

xxiij.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

xxiij diſt. Talis enim cauſa uidetur reſpicere publicum intereſſe, ut eſt tex. in cle. conſtitutionem, ibi, intereſſe commune, et ibi gl. in uerbo proprie, ubi doc. delect. & no. gl. in c. ut circa, in uerbo, aliqui. & ibi Doc. de elec. lib. vi. & Inn. in c. dudum eccleſiæ, in prin. de elec. ubi etiam ponit, quare dicatur iſta cauſa quaſi popularis & non popularis proprie, de quo etiam per Ang. in rub. ff. de pop. act. *Publicum intereſſe.*

Limita uigeſimoſeptimo in cauſa filiationis, in qua ſententia cum patre lata omnibus nocet ꝑ tex. in l. i. in fi. cum duabus legib. ſeq. ff. de lib. agno. & no. gl. in d. c. pe. ſuper quo & ſimiliter ſuper ſentētia lata ſup qualitate legitimationis, qua uidelicet quis eſt pronunciatus legitimus, an faciat fidem quo ad omnes etiam non uocatos, ne hic diutius immorer, uide Pan. in d. c. pe. col. pe. uer. quintus caſus, & omnino Ale. in d. l. ult. col. xvij. uerſic. aliam fallentiam aſſignauit gl. ubi et in hac re ſententias antiquorum ſcriptorum abunde recitatas atque examinatas reperies. *Filiationis cauſa.*

Limita uigeſimooctauo, ut non procedat quo ad huiuſmodi præiudicium, uidelicet quod transferetur poſſeſſio in alium qui obtinuit, qui forte erit durior aduerſarius, ꝙ primus poſſeſſor qui uictus eſt. Nā quo ad hoc præiudicat talis alteri qui uolet de integro experiri, ut eſt tex. in c. cum ſuper extra de re iudi. ubi hoc no. Inn. Atque etiam in d. c. pe. in princ. eo. tit. quod intellige quando ipſe uictus erat poſſeſſor quod ſi erat apud alterum, certe ſententia contra illum lata in fauorē uictoris, qui inductus eſt in poſſeſſionem non præiudicat ſi ignorauerit litem. Sed quid ſi ſciuerit, uide omnino Alex. in d. l. ult. col. xl. uerſi. in gl. in uerbo, interueniente, cum multis colū. ſeq. & iterum col. xlvij. uerſi. quarto an ſententia lata contra colonum. *Quale præiudiciū fiat tertio, cum poſſeſſio trāſfertur in alium*

Limita uigeſimonono, ut non procedat in ſnīa principis, quæ facit ius inter oēs, cum habeat uim legis, C. de legib. l. ulti. & extra de re iud. c. in cauſis, *Principis ſententia facit ius inter omnes.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& hanc limitationem ponit Ale. in d. l. u ij. uerſi. item fallit in ſententia, ff. de re iud. ſed uide quæ diximus ſupra in ſeptima limitat.

*Vtrum diſpenſatio iuramenti in cōtractu appoſita fieri poſſit parte non citata.*

Limita trigeſimo in abſolutione ſiue diſpenſatione aut relaxatione iuramenti in contractu oppoſiti, poteſt fieri parte non citata, ut uoluit Lapus allegat x. diſpu. hic, quem ſequitur Roma. ſingu. cccclxxij. Florentinus contraher. Contrarium tamen tenēt plerique omnes, uidelicet Ioā. And. poſt antiquiores in addit. Spec. in rub. de iureiurā. in ulti. quæſt. Anton. Cardi. qui dicit ſe ita ſæpius conſuluiſſe, Imol. in c. debitores, extra de iureiur. Lau. Rodulphus in rep. c. conſuluit, q. cxxv. de uſur. Pan. late & recent. in c. i. de iureiur. Ale. conſi. ccxxij. uiſa facti narratione, col. iiij. Soc. conſi. lix. col. iiij. uerſi. præterea talis relaxatio, lib. iij.

*De eadē re.*

Et hoc multis comprobatur, nam huiuſmodi abſolutione requirit cauſæ cognitionem, ut dicit Inno. in c. ad aures, extra quod met. cau. & Specu. titu. de iudi. deleg. §. nunc oſtendum, uerſi. xxiiij. cum duobus ſequen. Non enim fit abſolutio, niſi cauſa ſubſiſtente, ut not. in c. quanto, extra de iureiur. ubi glo. dicit, id ne Papam quidem poſſe facere, cum iuramentum ſit iuris naturalis & diuini. Scriptum eſt enim Matth. 5. Redde Domino iuramenta tua, quod repetitur in c. & ſi Chriſtus, eo. tit. in qua etiam ſententia fuit Innocen. in c. cum inter, in fi. extra de renun. Nec debet concedi, niſi appareat de magna læſione, ut per Doct. in c. cum contingat, de iureiuran. & late per Iaſ. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. uend. ſi ergo cauſæ cognitio requiritur, & citatio quoque l. in cauſæ. §. cauſa cognita, ff. de minor. Nam cauſarum merita partium aſſertione panduntur, C. ſi per uim, uel alio modo. l. ult. Præterea uidetur ſemper intereſſe partis, qui iuramentum recepit, ne fiat talis abſolutio; nam utile eſt habere partem huiuſmodi iuramenti uinculo alligatam, multū enim operatur iuramentum, & id ſaltem, ſi nihil aliud, ut

*Iuramentū iuris naturalis et diuini. Cuius non debet abſolutio concedi, niſi appareat de magna læſione*

addatur

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

addatur forum foro.c.ulti.de ſoro compet.lib.vi.& faciunt not.in.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.igitur nihil debet decerni in præiudicium illius abſentis cap.i.extra de cauſa poſſeſ.& proprie.cum ſimilibus.

At hoc primum ita declarandum, ꝙ licet non debeat fieri hæc abſolutio parte non citata, ſi tamen facta fuerit, tenet ut uoluit Ant.in d.c.debitores.exemplo eius quod dicitur in abſolutione ab excommunicatione, ut no.per Ioan.And.& alios in c.qua fronte.extra de appel.& hoc Anto.dictum ſequitur Iaſ. in l.parte furioſo.col.antepen.uerſicu.xiiij.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iur. Panor. autem in d.c.i.de iureiurand.poſteaquam in colũ.vij.hoc dictum pro notabili commendauit, certe in colum. ſequen. in uerſi.iiij.id ipſum reprobat ea ratione, quia (ut dictum eſt) non poteſt epiſcopus, nec etiam Papa abſoluere ſiue diſpenſare a iuramento ſine cauſa. Igitur antequam appareat cauſam ſubeſſe, non habet poteſtatem abſoluendi, etiam ſi uere cauſa ſubeſſet, quia ignorat, id quod eſt fundamentum ſuæ poteſtatis, ut no.Bar.in l.ij.ff.de iudic.& in l.multum.ff.de condit.& demonſt. & facit quod not.in c. ex parte Aſtenſis.de conceſſ.præb. extra. Nec poteſt illi apparere de cauſa, niſi uocata ipſa parte, ut diximus. Nec obſtat quod de abſolutione ab excommunicatione, not.in d.c.qua fronte.quia illa ſemper depẽdet a uoluntate eorum qui excommunicant, ualet enim ſemper, iuſta, ſiue iniuſta ſit excommunicatio, ut legitur in cap.uenerabilibus.§.ubi autem.de ſent.excommu.lib.vi.quod dicit not.Panormi. quia ſæpe accidit.

*Vtrum abſolutio ſi facta fuerit, parte non citata, teneat.*

Declara ſecundo, ut procedat quando per abſolutionẽ euellitur radicitus obligatio, ſecus ſi perſona ſolum (ut ita loquar) habilitatur, ut poſſit ſine metu periurij petere reſciſſionẽ contractus ex capite enormis læſionis, aut alio, quo caſu nõ requirit̃ partẽ uocari, cũ hæc abſolutio ſit potius pœnitentialis quam iudi-

*An cum perſona per abſolutionẽ habilitatur tãtum, ut poſſit petere reſciſſionem contractus, citatio partis requiratur ...*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

iudicialis,nec agitur de magno preiudicio creditoris cui omnino ius integrum & ſaluum remanet ad defendendum principalem obligationem iuratam, ut conſuluit Oldr.conſi. cxx. ad duplicem finem. qui & ad hoc alia multa allegat,& hoc idem uoluit Io. And.eius diſcipulus, nulla tamen præceptoris (ut alias plerunque) facta mentione in additione Spec. in rub.de iureiu.in fin.& Pau.& Cal.in d.c.debitores,& Pet.Anch.qui hoc multum commendat conſil.xviij.in quæſtione quæ uertitur.col.pen. uerſic. quarto præſuppoſito.et Lau.Rodul.in d.c.cõſuluit q.cxxvi.in fi. Imo.in c.i.de iureiu.& Pau.Caſt.cõſil.ccxvij.circa primum quæſitum.col.iiij.

*Qui teneãt contrarium.*

Contrarium tamen alibi conſuluit Pet.Anch.ſibi contrarius conſi.cxcviij.prædictis ſubtiliter,et ad plenum deductis hac ratione motus, quia licet non pereat ius creditoris in cauſa principali, ipſe tamen multiplex damnum incurrit, tum propter ſumptus & uexationem litium l.minoribus.ff.de minor.tum propter moras iudicij, & dilatam ſolutionem, quæ propter uinculum iuramenti debuiſſet die præfinito fieri, ideo tardius recipiendo minus recipere uidetur c.i.de plus petit.tum propter dubium litis euentum l.quod debetur.ff.de pecu. tum quoque quia nec in modico permiſſum eſt iudici offendere partem,cum & propter læſionem modicam illius ſententia retractatur.C.de appella.l.& in maioribus.& extra ec. de appel.& idem Pet.Anch.eaſdem ferme rationes adferens conſi.ccclxij.retento ordine dubiorum.col. i.uerſi.præſuppoſito.idem Imo.in d.c.debitores. colũ.ix.hac ratione motus,quia ſi pars citetur, poteſt eſſe quod oſtẽdet per calumniam exactum eſſe eiuſmodi iuramentum l.ij.C.de falſ. dicit tamen priorẽ opinionem communi uſu obſeruari in curia epiſcopali Bononiæ,& Pan.conſ.xij.& ſi copioſior.col. ult.lib.ij.& Felin.dicens hanc partem eſſe tutiorem in dict.c.i.colum.ix. extra de iureiurand. Iaſon qui hoc commendat in l. nec quicquam.§. ubi decretũ.

*Propter modicam læſionem partis, ſnĩa iudicis retractatur.*

*Prior opinio tutior.*

col.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

colum.ix.uerſi.ultra ſupradicta.ff.de offic.proconſ. & ante omnes hoc quoque ſentit non obſcure Fed. Senen.conſ.ccc.factum tale eſt. Nec huic poſtremæ ſententiæ obſtat, quod ſi ex mora aut ſumptibus creditor eſt damnum paſſus, non ei deſunt remedia, ut damna & ſumptus recuperet l.ult.C.in quib.cauſis in integ.reſtit.

*Abſolutio an ualeat nudo citato ubi nemini cōpetit actio uel ius ex iuramento.*

Declara tertio, ut non procedat, quando conſtaret nemine competere actionem, uel ius ex iuramēto, ut conſuluit Card. conſi. xxxviij. quidam habens in ij. car. ubi dicit, quod ſi defunctus eſſet, cui iuramētum eſt præſtitū, qui erat perſona priuata, nec receperat ꝓ ſe et hæredibus, ualet abſolutio nullo citato, quia ad ipſos hæredes non extenditur, ut probare conatur ex c.imperialem.tit.de prohib.feudi alien. & nota.in c.ueritatis.extra de iureiurā. adducitque rationem, quia ad hoc ſolū fit citatio ut euitetur alterius præiudicium. Igitur cum de nullius præiudicio agitur, non eſt neceſſe quemquam citari, & hæc quidem per omnia ſequitur Felin.in d.c.i.col.x.uerſic. tertio limita. At ego ſicuti in eo conſentio, quod dictum eſt neminem citandum eſſe, cui non poteſt fieri præiudicium, ſic ego diſſentio in exemplo de iuramento alicui præſtito non etiam hæredibus. Nam quamuis iuramentum ex parte iurantis ſit mere perſonale, tamen ex parte illius cui iuratur eſt reale, & tranſit ad hæredes, ut no.in d.c.ueritatis, & late ſupra diximus.

*Autoris de ac re opinio.*

*An abſolui poſſit parte non uocata qui non pōt eam in ius uocare, quin incidat in periurium.*

Declara quarto, ut ſequar ordinem Felyn. ut non procedat quādo quis ita iuraſſet, ut non poſſet uocare partem, quin incideret in periurium, exempli cauſa, quia iurauit ſe partem non uocaturum in iudiciū, uel denunciaturum illi quicq̄, tunc is poterit abſolui parte non uocata, cum iuri partis quicquam non detrahatur, ſicut cum libertus petit ueniam, ut poſſit uocare dominum in ius.l.iiij.ff.de in ius voc. ita uoluit Io.And.in addi. Specu.in rub. de iureiurand.in fi. quem plene refert Imo.in clem.diſpendioſam.ſu-

per

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

per gl. in uerbo, tangentibus. de iudic. & in d.c.i. de i ureiu. ſed hoc reprobat Pan. in d.c.i. col. vij. uerſic. quid dicendum. & ibi quoque Fel. colū. x. uerſi. iiij. vbi tñ dicit poſſe ſaluari hoc dictum, intelligēdo de eo qui uult abſolutionem ad hoc ſolum, ut habilitetur ad agendum, de quo uide quæ ſupra diximus in ſecunda declaratione.

*Iuramentū temerariū nō obligat.*

Declara quinto, ut non procedat quando iuramētum eſt temerarium & non obligatorium ex parte iurantis, quia cum hoc caſu potius requiritur quædã declaratio ſiue denunciatio q̃ non eſt ligatus, q̃ abſolutio ſiue relaxatio. per c. de conſtitutis. i. de teſtib. Ideo nō requiritur partis citatio, ut uoluit Io. And. in d. rub. de iureiu. in ulti. q. & Ant. in d. c. debitores, eo. tit. & Pan. in d.c.i. col. vi. uerſ. nunc extra gl. eo. tit. ubi tamen hoc intelligit, uidelicet quando manifeſte conſtat iuramentum non ligare: nam in notorijs non eſt opus uenire ad iudicium c. quoniam, de filijs presbyter. Si autem poſſet dubitari, putat aduerſarium cui facit iuramentum uocandum eſſe, cum ſua interſit ne relaxetur, ad cuius confirmationem uide quæ dicam infra proxime.

*Verum iuramentū nō ligat, quando ex parte recipientis uerſatur turpitudo.*

Declara ſexto, ut etiam non procedat qñ etiã recipientis tanta uerſatur turpitudo, ut nulla obligatio ex iuramento quæri poſſit, nec eo confirmari, cum ēt hoc caſu nullum intereſſe poſſit prætendere, ſoliq; Deo obligatio quæratur, ideoq; non ſit neceſſe aduerſarium uocare. ſed ſit ſatis abſolutionem fieri p illum qui tenet locum Dei, ita uoluit Ant. in d.c. debitores. ponens exemplum in iuramento de ſoluendis uſuris uel non repetendis, nullum enim (ut ille dicit) naſcitur ius agendi, uerum Pan. in d.c.i. col. viij. uerſic. tertio non placet, primum reprobat id quod dicit Ant. nullam in illo exemplo oriri obligationē parti etiam ſecundariam, tum quia ſit contra text. in d.c.i. tum quia iuramentum ui extortum obligat. c. ſi uero. extra eo & c. Abbas. & c. ad audientiam. de eo quod metus cauſa. Ergo fortius in hoc caſu, ubi iura-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

iuramentum fuit ſponte præſtitum, Deus enim tenet iſtud uinculum propter obligationem quæſitam parti, idque ſatis ex eo patet, quod parte remittente, remittit & Deus ſine alia abſolutione, ut in d. c. dein de uero. uerſicu. his autem ſic diſcuſsis. Limitans illud dictum Anto. tum demum non requiri in huiuſmodi abſolutione iuramenti citationem partis, quādo clariſsime conſtat iuramentum ipſum continere turpitudine ex parte ſuſcipientis, ita ꝙ certum eſt illi nullam defenſionem competere. Nam ſi hoc caſu etiam ſuper principali, ubi agitur de multo majori præiudicio ualeret ſententia parte non uocata per ea quæ allegat, & late diximus ſupra in ſecunda limitatione in fi. multo magis huiuſmodi abſolutio, quæ non adeo magnum præiudicium adfert. Et hoc idem uoluit ante Pan. Calde. conſi. vii. an epiſcopus poſſit procedere. tit. de iureiuran. ſuper hoc tamen. uide Feli. in d. c. i. col. ix. uerſicu. ſed contra iſtam limitationem.

*Iuramentū ſponte præſtitum.*

*Sententia quando ualeat parte non citata.*

Limita trigeſimoprimo, ut non procedat in declaratione, ſiue adiudicatione pœnæ cōtumaciæ præcedentis, per id quod no. uoluit Bal. in c. i. col. pe. uerſi. quæro utrum in deferēdo. tit. ſi de inueſti. inter dom. & uaſal. lis oria. ubi dicit, quod ad delationem iuramenti, de quo ille tex. loquitur, non eſt neceſſaria citato partis, quia hoc eſt pœna præcedentis contumaciæ, quod dictum pro ualde not. ſequitur Iaſ. in rep. l. admonendi. col. ult. ff. de iureiur.

*Declaratio ſiue adiudicatio pœnæ, contumaciæ præcedentis parte non uocata fieri poteſt.*

Limita trigeſimoſecundo, ut non procedat in inſinuatione donationis quæ fieri poteſt nemine citato, ut uoluit Cyn. in l. ult. C. de bon. poſſ. & Bart. in l. in hac. per illum tex. C. de don. & in l. Modeſtinus. ff. eod. Bal. in l. illud. col. iiij. C. de ſacroſ. eccle. & in l. i. in prin. C. de litis conteſt. & in authen. eo decurſum. C. de dona. ante nup. & in l. ult. C. qui admitti. & in l. ulti. §. illud. C. de temp. appella. & in l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cer. pet. & Pau. Caſt. in l. teſtamenta omnia. C. de teſtamen.

*Inſinuatio donationis fieri poteſt nemine citato.*

Limita

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Statuto termino ad aliquid faciendum, intra terminum fieri poteſt abſque citatione.*

Limita trigeſimotertio, ut non procedat quando aſſignatur ſiue ſtatuitur terminus ad aliquid faciendum, tunc enim eſt ſatisfactum huiuſmodi ordinationi ſiue ſtatuto, ſi id fiat intra terminum abſque citatione aduerſarii, ita uoluit Bald. in l. i. in fin. & ibi quoque Iaſon. C. quando libel. princ. dat &c. & idem Bal. in. l. ſi quando. xiiii. q. C. de teſti. & in l. ſi ea. in fi. C. qui accuſare nõ poſſunt ubi declarat quomodo intelligitur, & in l. i. in fin. ff. de feriis. & Angelus in l. omnium. C. de teſtamentis.

*An remiſſio debiti quã facit maior pars creditorum, præiudicet cæteris non citatis.*

Limita trigeſimoquarto, ut non procedat in remiſſione debiti quam facit maior pars creditorum, iuxta l. reſcriptum. ff. de pactis. quæ quidem præiudicat cæteris creditoribus nõ citatis & abſentibus, ut ibi uoluerunt Angelus, Rapha. Fulgoſius Pau. Caſtr. & Iaſ. tum per tex. ibi, in uerbo, ab entis. ex quo datur intelligi citationem non exigi, alias enim non reputarentur abſentes, tum aliis rationibus ibi per eos allegatis. Licet contrarium tamen uoluerint. Iac. Aret. Bar. Alberic. Bal. Salic. & Alex. in d. l. reſcriptum. & Bar. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad ſenatuſc. Trebellia. & in l. ſi uni. ff. de re iudic. & Salic. in l. & ſuum. §. ult. per illum tex. in uerbo, ſi conuenit in unum. ff. de pact. uide recentiores in d. l. reſcriptum.

*Iudex procedens ad informationẽ ut bonus uir*

Limita trigeſimoquinto, ut nõ procedat quando iudex procedit ad informationem, ut bonus uir, tunc enim nõ requiritur citatio, vt per plura uoluit Ant. i repet. c. ueſtra. col. xxxviii. extra de cohab. cler. & mulier. quẽ ſequitur Iaſ. in l. ult. col. antepen. uerſic. adde etiam regulam. C. unde legit.

*Legitimatio a parte facta ſine citatione.*

Limita trigeſimoſexto qñ fit legitimatio filiorũ a patre, ut uult Bart. & alii in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. de li. & poſthu. & Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & conſi. xi.

*In impetrãdæ uenia. ut poſſit in ius*

Limita trigeſimoſeptimo, ut nõ procedat ĩ impetratione ueniæ, ut quis poſſit uocare ĩ ius parentes, patronos & alios huiuſcemodi, in qua obtinẽda nõ

eſt

UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

eſt neceſſe illos uocare, ut palam ſentit Io. And. quē citauimus ſupra in proxima limitatiōe per l. quique ff. de in ius uocā. quem ſequitur, ut diximus Imo. in d. cle. diſpendioſam, de iud. & in l. quamuis. col. ij. ff. de in ius voc. Bal. in l. ea quæ. col. ij. uerſi. ultimo nota. C. quomodo & quando iud.

*uocare parētes &c. non eſt neceſſe illos uocare.*

Limita trigeſimooctauo ut non procedat quādo clericus captus pro crimine iudice laico allegat ſe clericum, & ad probandum producit literas clericatus, quia ad hoc non eſt uocandus aduerſarius, ut expreſſe uoluit Bal. in l. ſi qua per calumniam, col. ij. uerſ. ſed pone quod iſte oſtendit motus. quia hoc nō proprie fit in modum probationis, ſed inſtructionis, uera. n. probatio clericatus nō poteſt coram alio fieri, quā coram epiſcopo. per c. ſi iudex laicus. de ſentē. excom. lib. vi. & dicit facere ad prædicta l. ſi quis iuſſiciatus. ff. de po. Bal. in l. iij. in fi. C. de re iud.

*Ad probandum clericatum, non eſt uocandus aduerſarius.*

Limita trigeſimonono, ut non procedat in his, quę fuerunt à iudice ordinata parte non citata, quæ etiā poſſunt alia parte abſente, cuius cauſa facta ſunt retractari, ut quæ de facto ſolum cōfecta ſunt de facto reuocentur, iuxta text. in l. i. §. & hoc edictum. ff. ſi mulier uent. no. & gl. in l. minor. in prin. ff. de euict. cum multis concor. quas uidere poteris, ſupra.

*Ordinata a iudice parte non citata, retractari parte abſente poſſunt.*

Limita quadrageſimo, ut non procedat in ſententia arbitratoris, in qua non requiritur partis citatio, ut uoluit Cyn. in l. ultima. in quadam additio. C. de contrahend. emptio. Guil. Cune. in l. epiſcopale. C. de epiſcop. audien. Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. eodem titu. & in l. ij. col. i. C. de ædil. actio. Franciſ. Albert. Areti. in repetit. l. ſi quis arbitratu. ff. de uerbor. oblig. Anto. Imol. Panor. in c. quintaualliſ. ubi & hoc ſentit Hoſt. extra de iureiur. Cardi. in c. expoſita. de arbitr. Sed quia ſunt multi qui tenent contrarium, multi qui diſtinguunt, alij qui limitant, unde omno per Bar. Imol. Cuma. Pau. Caſt. & late Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. & Canoniſt. in d. c. quintauallis. in quibus locis hanc rem abunde tractatam comperies.

*An in arbitratoris ſnīa requiratur partis citatio.*

*Qui conſulē di in præcedenti limitatione.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

peries. Et illud inter cætera, ꝙ ſi quis eſt aſſumptus arbitrator inter plures ſuper cõmodo uni ex illis acquirẽdo, ita quod quicquid fuerit arbitratum, nemo illorum damnum ſentiet, nec etiam commodum, ut legetur uni quem Titius arbitratus fuerit, poterit ipſe Titius & inter uiuos, & in ultima uoluntate, & ſic abſentibus partibus & non uocatis arbitrari ſeu eligere, per tex. in l. unum ex familia. in princi. cum duobus §. ſeq. ff. de leg. ij. & ita uoluit Bar. in l. i. in fi. ff. eo. & Bal. in addi. Ang. Imo. Ale. & alij recentiores in d. l. ſi quis arbitratu. & Bal. in l. nulli. uerſi. ſed nunquid. C. de epiſ. & cle. & in l. captatorias. in ult. q. C. de teſt. mi. & in l. ult. in prin. col. ij. uerſi. ſed nunquid. C. comm. de leg. id quod tamen intelligit Bar. in d. l. i. de leg. ij. & in l. alio. col. pen. ff. de alim. & cib. legat. procedere quando arbitrator eſſet aſſumptus ſeu electus ſuper declaratione perſonarum, ut in exemplo ſupra poſito, ſecus ſi ſuper declaratione rerum, quia tunc uidetur neceſſaria partis citatio, per l. creditor. C. de diſtrac. pig. quod ſimpliciter refert ac ſi ſequi uelit Ale. in d. l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. oblig.

*Utrum cum interdicitur administratio prodigo, requiratur illius citatio*

Limita quadrageſimoprimo, qñ interdicunt administratio prodigo, quia non requiritur illius citatio, ut expreſſe uoluit Iaſ. in l. nec quicq̃. § ubi decretum. col. ix. uerſi. duodecimo fallit. ff. de offi. procõſ. allegans tex. in l. i. in prin. ff. de curat. furio. ubi huiuſmodi interdictionem facit iudex, dicitq́; hoc uoluiſſe Bal. Ang. & recentiores in l. is cui bonis. ff. de uerb. obl. ſed lõge fallitur Iaſ. Nam Bal. ibi in addi. Aug. Pet. Anch. Rom. Paul. Caſt. Ale. Fran. Are. & Barb. & quotquot illic ſcripſerunt contrariũ tenuerunt per tex. in d. l. de unoquoq́; ſupra ſæpius alleg. Bal. tñ & Pet. Anch. ibi hoc limitant, niſi eſſet notorium aliquem eſſe prodigium, per no. in l. i. C. qui et aduerſ. & in c. tua nos de cohabi. cle. & mulie. Ale. tñ in d. l. is cui bonis. in fi. & in addi. ad Bar. in l. qui habet. §. quolibet. ff. de tutel. hoc etiam reprehendit, quia

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

quia in notoriis requiritur citatio, per glo. in c. ad noſtram iij. de iureiur. cum ſimilibus. quod tamen intellige ſecundum ea quæ diximus ſupra in ſecunda limitatione, in fin. Nec obſtat dicta l. i. de curat. furio. ut uidelicet id fiat authoritate ipſius legis, quia quod ibi dicitur adminiſtrationem interdictam prodigo l. xii. tabul. intelligitur, ut gloſſ. ibi dicit l. ſi furioſo. §. i. & l. ulti. & not. omnes in l. is cui bonis, ff. de uerborum obliga quanquam dubium eſt, an notorie prodigo ipſo iure interdicatur adminiſtratio, de quo late ibi per eos, potiſsimum per recentiores, quibus ſufflagatur communis opinio, ut in caſu notorietatis ipſo iure ſit interdicta adminiſtratio, quæ opinio etſi frequens ſit, non tamen propterea prætermittenda eſt citatio, vt plene patet ex his quæ dixi in xxiiii. limitat.

*Prodigo notoriè, ipſo iure interdicta adminiſtratio.*

Limita quadrageſimoſecundo, quando furioſo interdicitur adminiſtratio, & ei curator datur. Nam illius non requiritur citatio, cum illi ipſo iure adminiſtratio interdicitur, ut not. glo. in l. i. ff. de curat. furio. & ita in ſpecie uoluit Angel. Pau. Caſt. & Roman. in l. is cui bonis, ff. de uerbo. obliga. vbi ipſe Ro. allegat tex. ut ipſe dicit ſingul. in c. reprehenſibilis. extra de appel. ubi probatur, quod quando iudex excommunicat eum qui inciderat in excommunicationem ipſo iure, non requiritur monitio, quæ alias requireretur in ſententia hominis per tex. in c. ſacro, de ſent. excom. & idem quoque Alex. in l. de unoquoque, col. ult. uer. item fallit quando interdicitur, ff. de re iu. & conſi. lxxxvi. uiſis dubitationibus, col. ij. uerſi. quod autem non fuerit, lib. ij. Verũ Franc. Are. in d. l. is cui bonis, col. iij. uer. item adde dictis, hoc reprobat, tum per ea quæ diximus ſupra in dicta limitatione, tum per tex. in l. obſeruare, ff. de curat. furioſ. ubi in huiuſmodi interdictione bonorum filii, requiritur cauſæ cognitio; ergo etiam citatio l. in cauſæ, la i. §. cauſa enim cognita, ff. de minor.

*Furioſo cũ datur curator, aut interdicitur adminiſtratio, citatio minimè neceſſaria.*

*Quis cõtrarium teneat.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Datio tutoris, aut curatoris per iudicẽ, nullo citato fieri poteſt. Niſi detur per inquiſitionem.*

Limita quadrageſimotertio, ut non procedat in datione tutoris uel curatoris quã facit iudex, in qua non reperitur citandũ eſſe quempiam, niſi tutor eſſet dandus per inquiſitionem, ſecundum Bart. in l. qui habet. §. quolibet, ff. de tutel. & in l. legitimos, in prin. uerſi. an quando iſtud decretum, ff. de legit. tut. ubi tamen diſtinguit, & Bal. in auth. matri. & auiæ, C. quando mulier tut. offic. Alex. dicto conſi. lxxxvi. uiſis dubitationibus, col. i. lib. ij. & Iaſ. in dicto. §. ubi decretum in i. fallen.

*Teſtes quãdo recipi, et iurari poſſint, parte non citata, apud quos requirendum.*

Poſſem & huc adducere caſus ĩ quibus teſtes recipi & iurari poſſunt parte non citata, de quibus ꝑ Canoniſtas ĩ c. in nomine, extra de teſti. & per Ro. ſing. 366. fuit unus, & alia multa ad hũc locũ ꝑtinẽtia, q̃ uel iuſtum uolumen conficere poſſunt. Sed cũ pleraque ſint iam in Vnum, ueluti corpus congeſta ab Alex. in l. ult. ff. de re iudi. ut interea taceam Panor. qui etſi non adeo copioſe, multa tamen etiamnũ deſcripſit in c. penul. extra eo. tit. opportunũ uideo, ut receptui canam.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

# ANDREAE TIRAQVELLI REGII NVPER IN PARISIENSIS CVRIA SENATORIS.

## *De Iudicio in rebus exiguis ferendo Tractatus.*

FRequẽter contingit ĩ ſima iudicum ſubſellia ob res exigui, aut fere nullius pretij litibus præſtrepere, in hiſq; dirimendis plurimum laborare, uel ob probationum inopiã, quæ ſæpius in his perſpicitur, aut iudicum religionem, quæ uariis hiſdemq; ualidis rationibus vtrinque adductis commota, cum leues eiuſmodi controuerſiæ de plano iudicandæ ſunt fluctuare ſolet. Itaq; quo certius de his iudicium ferre poſſet, multarum ciuitatum ſtatutis, ac legibus receptum eſt, ut in his expediendis imperfectæ & ſemiplenæ (ut uocant) probationis admittãtur, & in ſua cauſa quis iudicet. Quæ quidem ſtatuta hinc pariter ſcrupulum pleriſque iniecerunt, ꝙ contra ius commune duabus potiſſimum rationibus introducta ſint. Primo, quia nemo in ſua cauſa quantumlibet modicum ideoneus eſt teſtis vel iudex. l. nullus. ff. de

*Iudicandi difficultas in litibus exigui, aut nullius pretii, et quamobrem.*

*Statutũ, ut quis in ſua cauſa iudicet, an valeat.*

D 2 teſtib.

teſtib. & ibi gl. & C. ut nemo in ſua cauſa iudicet, p totum, & iiij. q. iii. c. nullus, cui ſententiæ ſubſcribens Cicero pro Roſcio; Itaque (inquit) more maiorum comparatum eſt, ut in minimis rebus ampliſſimi homines teſtimonium de ſua re non dicerent. Africanus qui ſuo nomine declarat tertiam partem orbis terrarũ ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, non diceret teſtimonium. Nam illud in talem uirũ non audeó dicere, ſi diceret non crederetur. Idem p Fonteio; Si qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere uiderentur, his credit non cõuenit. Gelius lib. noct. Atticarum. xiiij. c. ij. recenſet, quod cum aliquando a prætoribus electus in iudicem fuiſſet, apud illum petita pecunia fuit, quæ numerata dicebatur. Qui petebat neque tabulis neq; teſtibus id factum docebat, & argumentis admodũ exilibus nitebatur, ſed eum conſtabat uirum eſſe bonum, notæq; & expertæ fidei & uitæ in culpatiſſimæ, multaq; & illuſtra exempla probitatis, ſinceritatiſq; eius expromebantur; illum autem a quo petebatur hominem eſſe nõ bonæ rei, uitaq; turpi & ſordida; uulgo mendacij conuictum, plenumque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. Qua in re Gelius non auſus reum condemnare, diem diffindi iuſſit, ſicuti etiam e noſtris retulit Iaſ. in. l. qui accuſare, C. de eden. Et id quidem adeo uerum eſt, ut nec iudicium quis faciat in ſua cauſa, vt voluerunt gloſſ. & Bart. in l. deferre. §. idem deiecerunt, ff. de iure fiſci.

*Diem diffindi.*

Secunda ratio eſt, quia etſi quis eſſet teſtis idone⁹ in ſua cauſa, nõ tamen illi crederetur; cũ uulgo dicamus uox unius uox nullius l. iuriſiurãdi, C. de teſti. & c. ueniẽs, extra eo. et c. cũ a nobis, & c. licet, cũ infinitis ſimi. eo. Et ut ſcribit Num. xxxv. c. Ad unius teſtimoniũ nullus condemnabitur. Et Deuter. xvij. c. In ore duorum aut trium teſtium peribit, qui interfecerit, ubi ſubiũgitur, nemo occidatur uno cõtra eũ teſtimonium dicente; & iterũ c. xix. In ore duorum

*Vnius teſtimonio non credi.*

rum

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

rum, uel trium ſtabit omne uerbum, quod & repetit Chriſtus Mat. 18. & Diuus Pau. 1. ad Corin. ca. 13. & ius noſtrum extra de teſta. c. cum eſſes, & c. relatum. Propterea Hieronymus contra Rufinum ſcribit, uni neque Catoni credendũ eſſe. Tradit quoque Valerius Maximus lib. iiii. c. i. quod cum Q. Scæuola uir excellentiſsimus teſtis in reum productus teſtimonium dixiſſet, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere ſi & alii idem aſſeueraſsent: quoniã unius teſtimonio credere peſsimi eſset exempli. Et id quidem adeo uerum eſt, ut non poſsit ſtatui, ut teſtimonio unius credatur, ut eſt text. iii. q. ix. iudicas hermanum, ibi, nos uni ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſsumus, quem ad hoc ponderat Barb. in l. ſi dari ſtipulatus, col. pen. ff. de uerbo. obl. ubi illam facit ſing. & Fel. in c. conſtitutus, col. ix. extra de reſcrip. & in c. ult. col. iii. extra de maio. & obed. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione, col. ii. ff. de iureiurã. & in l. admonẽdi, col. xx. in lect. & in repe. col. lxxiiii. Et propterea dicit Ang. in ſua diſp. Aſtenſis miles &c. & Ant. in c. ii. de prob. quod per ſtatutum uel conſuetudinem, non põt diſponi, ut uni teſti credatur, niſi ut ſubdit Ant. et poſt eum Pan. propter caſum neceſsitatis, uel euidentiſſimæ utilitatis, quod & ſequitur Iaſ. in l. i. col. antepe. ff. de verb. oblig.

*De eadem re.*

Ex quibus poſset uideri huiuſmodi conſuetudinẽ non ualere nec eſse obſeruandam; teneas tamẽ intrepide eẽ ualidam. Nam quod diximus de iure diuino unius teſtimonio non eẽ credendũ, id utique fateor nec ideo poſſe Papã, aut Imperatorem ſtatuere, ut ſemper & in quacunque cauſa unius teſtimonio credatur, nec in eã rem ſtatutum ualere, aut conſuetudinem. Sed ꝙ in certis hiſque p̃ſertim leuibus et modici p̃iudicii, & ubi eſt caſus neceſsitatis, aut euidẽtisſime utilitatis iuxta ſententiam Ant. & Pa. id poſſit fieri, manifeſtum eſt ex tex. l. ſi qñ. C. vnde ui. et extra quod met. ca. c. ul. & ex his quæ paſsim dicũt

*Autoris opinio in ſuperiori quæſtione.*

*Quãdo fieri poſsit, ut unius teſtimoniũ probet.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

noſtri Doct. unum teſtem aut famā, aut aliā ſemi- plenam probationem ſufficere in his quæ ſunt modici & leuis præiudicii, ut uoluit gl. in l. ubi, C. de iure dot. in illis uerb. quod inſpiciam ſecundum uulgi opinionem & ibi Bal. col. i. uerſi. quærit hic gl. & Barto. in l. ſi cōſtante, col. ii. uerſi, quædam ſunt cauſæ, & iterum col. iij. uerſi. contra hoc opponitur, & ibi quoque alij doct. ff. ſol. matr. per text. ff. de Carb. edic. l. iij. §. cauſæ, ff. ad exhib. l. iij. §. ſciendū, idem Bar. in l. ii. §. ult. C. ubi in rem act. & in l. i. C. quorum bonorum & in l. de honore. §. plurimum, col. ult. ff. de quæſ. Bal. in l. i. C. de ſum. Tri. & fide catho. in magna repe. q̄ communiter non habetur in lect. col. xxviij. uer. ecōtra pono concluſionē, per tex. in d. l. Theopompus, Anto. & Panor. in c. veniēs, lect. i. extra de teſt. Ant. in c. i. de teſt. Pan. in c. ſuper eo p illum tex. extra de conſan. & affi. & i c. cum deſideres, col. ij. de ſen. excōmu. Matth. notab. i. & ij. Gaſpar Vala. in repet. l. imperiū, col. xxiiij. ff. de iuriſ. omniū iud. Alex. cōſi. clxxxviij. uiſo p- ceſſa inquiſitionis, col. ij. uer. poteſt enim p ſtatutū, lib. vij. Iaſ. i repet. l. admonēdi, col. lxxxvij. ff. de iureiur. Dec. in c. dilect. col. iiij uer. primus eſt, extra de appel. Quin tex. habemus, xi. q. i. c. quicunque, quod poteſt Imperator ſtatuere, ut aliquando credatur teſtimonio unius ſecundum intellectū Inno. in c. nuper, de teſtib. ubi etiam Panor. hoc not. dicitq; eſſe memorabile ad limitationem illius iuri diuini, in ore duorum uel trium &c. Et ad hoc illum tex. reputat ſing. ccclviij. tu lcis quod diſpoſitio, in fin. & Barba. conſil. xlij. Deum inuocando, col. antepenultim. lib. iij. Ex quo ſatis reſpondetur huic qđ dictum eſt non poſſe Papam, ſtatutum, uel conſuetudinem diſponere, ut uni credatur, quia illud intelligendum eſt, ut non poſſint id quidem generaliter ſtatuere. In certis aptem cauſis, & his quidem leuibus, & ubi eſt caſus neceſſitatis, uel euidentiſſimæ utilitatis id poſſint.

*Imperator poteſt ſtatuere, vt aliquando credatur teſtimonio vnius, & quando.*

Confir-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Confirmantur hæc, ꝑ id quod in ſimili conſuluit Bal. conſi. cccxlix. ſi hoc quæritur utrũ conſuetudo, verſi. ſecundo quæritur, lib. v. quod quia non ualet conſuetudo q̄ inducit peccatum, vel corruptelam, ſiue ad delinquendum prouocat, nam pernicioſæ conſuetudines ſeruandæ non ſunt, extra de conſuet. ca. ult. & pernicioſum eſt exemplo ut quis manu propria poſſit ſibi debitorem conſtituere, l. exemplo, C. de prob. Ideo conſuetudo quod credatur ſcripturis campſorum ſiue nummulariorum, tam pro ſe, quam contra ſe tanquam prona ad delinquendum, uidet̃ eſſe reprobata tam de iure diuino, q̄ꝫ naturali ratione, præſertim in magnis quantitatibus. Subdit tamen contrarium ſibi uideri; quoniam iſtud poteſt fieri per pactum. ut. not. ff. de præto. ſtipu. ergo & p ſtatutum. ff. de regul. iur. l. nec eſt prætorio. & l. neque pignus. §. priuatorum. & gl. C. de decr. decur. in rub. lib. x. Vnde etiam ſequitur, quod poteſt fieri per conſuetudinem, quoniam ubi ualet ſtatutũ, ualet conſuetudo; tandem vero dicit hoc ſatis eſſe dubium. Sed idem Bal. de hac re magis aſſeueranter loquens in l. uni. col. iiij. uerſi. quid ergo eſt, C. de confeſſis. Cum quæritur (inquit) an ſit ſtandum ſcripturæ mercatoris pro ſe in articulis ſeparatis, Si mercator eſt notabilis et perſona fide digna, quantitas quoq. parua eſt. ei credendum eſt; ſecus ſi eſſet quantitas magna; ſubiunxit etiam conſuetudinem loci conſiderandam eſſe. Nã ſi conſuetudo eſt, quod iudicis conſcientia concurrente detur illis fides, ſtãdum eſt conſuetudini. Si autem conſuetudo eſſet indiſcreta, uidelicet quod crederetur omni ſcripturæ mercatoris pro ſe, non ualeret conſuetudo; quia daret occaſionem falſi committendi, quod eſſet contra eſſentiam conſuetudinis, cuius forma medullaris (vt dicitur) debet eſſe ratio c. erit autem. iiij. diſtinctio. quod dictum ſequitur Panorm. in c. bonæ. ij. in fi. de poſtulatione prælatorum, vbi dicit eſſe ſingul. not. & Alex. conſil. iij. in cauſa & lite vertente

*Campſorũ ſcripturæ an probare debeant.*

*Mercatoris ſcripturæ pro ſe, quãdo ſit ſtandum.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tente inter Abraham col.penul. uer.& pro hoc adduco,lib.ij.& conſi.cxiiii.uiſo toto diſcurſu,col.iii. lib.iiij.& in l.quædam.§.nummularios,ff.de edēd. Alex.conſi.ccxvii.eodemq; ult.uiſo quodam ſatis inornato proceſſu,col.iii.uerſi.fortius dixit,lib.vii. & Cepo.conſ.xl.Lucius ciuis, in ſexto dubio, ubi hoc commendat,& Franc.Aret.in l.qui teſtamento.§.ueteres,col.ij.ff.de teſta.Barb.in rub.de conſuetud.col.pen. & conſi.xlvi.illud adducam, col. viii.uer.capio nunc ſecūdam.li.iiii.& Franc.Curt. & Iaſ.qui hoc reputat ſingul.in repet.l.admonendi,col.iii.uer.& pro deciſione.ff.de iureiuran.idem Iaſ.in l.de quibus,col.xvii ff.de leg.& Felin.in c. ii.col.iii.in ii.fallent.& iterum in cap.cum cauſam, col.ij.circa medium,extra de proba.& Philip.Decius in repet.c.i.col.xviij.uerſi.primo ꝙ indiſtincte de proba.& in c.ſicut,col.vii.uer.& hoc in propoſito,eod.tit.& in c.dilecti, col.iii.de appellationibus,& Rochus Curt.in c.ultimo,col.iii.de conſuetud.Et ſimile eſt quod ſcribit idem Bal.in l.Imperator,in prima lectu.col.ulti.uerſi.ſed an ualeat pactum quod ſtetur indifferenter ſcripturæ priuatæ, quia eſt indiſcretum, quaſi ſecus ſentiat ſi non eſſet indiſcretum, vt de conſuetudine dicit in dicta l. i.de conſe.

*Cōſuetudo quòd probatio imperfecta habeat uim plenæ probationis in omnibus, non ualet.*

His adſtipulatur ꝙ tradit Matth.notab. li.Not. quòd conſuetudo uolēs quod probatio imperfecta per famam,uel per unum teſtem habeat uim plenæ probationis in omnibus caſibus,& ꝑſertim in caſibus magni præiudicii,non ualet,& eſt irrationabilis & inhoneſta,per tex.in dicto c.erit autem,l.i.cū aliis ſimilibus quos allegat,& ita dicit no.ꝑ Doct. in ca.i.de appel.Sed bene ualet conſuetudo in certis caſibus per text.in c.quia nos, eod.tit.de appel.ſecundū unam lect.quam tenēt Doct.& facit c.dilectus,de fide inſtr.& quod ibi ꝑ illum tex.no.gl.& Doct.poſſe conſuetudinem aliquando facere de ꝓbatione inualida validā, & quod uoluit Ioā.And.

in

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

In addit.Spec.titu.de inſtru.edit.in §.compendioſe. uer.ſed nunquid de conſuetudine,ꝙ conſuetudo poteſt inducere, ut probatio imperfecta de iure communi,habeat uim plenæ uel perfectæ probationis, & e contrario,ꝙ probatio perfecta,non habeat uim perfectæ,per multa quæ ad utrunq; allegat,& hoc quoque dictum Ioan.And.approbat Iaſ.in repe.l. de quibus.car.penul.uer.an autem ualeat conſuetudo.Et id quoque uoluit Bal.in l.cunctos populos. col.v.uer.ulterius,quæro circa ſtatuta.C.de ſumma trin.& fide catho. Et Ang. in d.l.quædam.§.nummularios.ff.de edē.& Roman.in l.admonendi.ff. de iureiuran.& Socin.conſil. lxxxviii.in præſenti conſultatione.col.penul.in fin.

*Conſuetudo quid poſſit.*

Quid cum tractatur de paruo præiudicio, creditur etiam de iure communi iuramento alicuius, vt eſt tex.qui ad hoc quotidie allegat̄.ff.ad exhibend. l.theſaurus.& ita voluerunt per illum text.Bar.& alii in l.ii.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta.aper. & in l.ſi quidem C.ſolu.mat.idem Bar.in l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex his.ff.de lib.agnoſ. Bald.in l. eum qui res.uer.ult.C.de procur.ubi & ad hoc allegat tex.in auth.de exhiben.reis §.ſi uero quidē. & idē Bal.in l.p̄ſcriptione.col.antepe.C.ſi contra ius uel util.publ.ubi & ad hoc allegat text.ff.de carb.l.iii.§.duæ cauſæ.& cōſ.cclxxxv.quia nō eſt opus.col.ij.li.i.& conſi.xxxiiii.ſtatuto cauet̄.col. ij.lib.v.& in l.qui accuſare.C.de eden.& in l.iudices.C.de iudic.& in l.nō ignorat.col.iii.uer.in modicis C.qui accuſ.non poſſunt.ubi p tex.in d.l.theſaurus.dicit ꝙ in modicis præiudiciis ſufficit probatio p̄ſumptiua, & Petr.Anchar.conſi.xix.in quæſtione quæ uertitur.col.ii.uer.quarto præſuppoſito. & Panor.in c.quoſdam.extra de præſumpt. & Iaſon in l fideiuſſor.§.ult.ff.qui ſatiſd.cog. Aufrer.in deciſ.Tholoſ.q.cccxiii.& Philip.Dec.in c.paſtoralis.in vlti.not.extra de except. Et propterea per illum text.in d.l.theſaurus. & in cap.ex literis de

*Cum tractatur de paruo præiudicio, creditur iuramēto alicuius etiam de iure communi.*

in integ.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in integ.reſti. conſuluit not.Pe.Anc.conſi.cclxiii.
*Ad recuſandũ aliquẽ, fides ſit de ſuſpitione ꝑ ſolum recuſantis iuramentum.*
ſubtiliter & ad plenum,quod ad recuſandum nota-
rium,conſultorem,procuratorem, & ſimiles ratio-
ne ſuſpitionis,ſufficit ſolum recuſantis iuramentum
ad faciendam fidem de ſuſpitione,quia ex hac recu-
ſatione non infertur magnum præiudicium, quod
dictum ſequitur Alex.conſi.ciiii. circa primum du-
bium. colum.ii. verſi. circa ſecundum dubium.lib.
v.& Felin.in c. quæ in eccleſiarum. colum. xviii.
verſ.quarta declaratio.extra de conſtitu. Sed & il-
lud de notario ante Pet.Anch.voluit Bald.in cap.
ſuper quæſtionum,col.ii.uerſ.pone quod notarius.
extra de offi.deleg.

*Expẽſæ minutæ factæ a quibuſuis adminiſtratoribus, illorũ ſolo iuramento probantur.*
*Executores teſtamentorum.*
Ex hoc fit,ut expẽſæ minutæ factæ a tutoribus,
curatoribus,executoribus, & aliis adminiſtratori-
bus,non ẽt magno illorũ iuramento probentur,ſine
alia probatione, ut in executoribus teſtamentorũ,
voluit gl. no.in l.nulli.in verbo,licentiã.in fi.C.de
epiſ.& cle per tex.ibi, quãtũ ad magnã expẽſam.
&.per text.in l.ſi quis pro redẽptione.C. de donat.
quantum ad modicã expenſam,& ibi illam glo.ſe-
quunt Iac.Rauen.et Bal.col.iii.ver.eſt uerius.vbi
etiam Ioan.Faber col.iii.verſi.ſed an executor.&
Specu.i tit.de inſtru.edit.§.nunc vero aliqua.verſ.
quid ſi executor.& ibi Ioã.And.i addit.& Bar.i l.
diuus.in fi.ff.ſi cui pluſquã ꝑ legem Falcid.in fi.&
Bal.i l.Imperator ii.col.ult.ff.de ſtatu homi.et i l.
id ꝙ pauperibus.col.ult.C.de epiſc.& cle.& in d.
l.ſi quis ꝓ redemptione.in fi.C.de donatio.& i l.ſi
hæres.ff.de cõdit.ob cauſ.Pet.Anch.i c.ij.de teſta.
li.vi.Raph.Cuma.cõſi. cxxxvi.uiſis inſtrumẽtis.
col.ult.Ioã.Pla.in l.ii.C.quãdo & quib.quar.lib.
x.Franc.Aret.i c.quoniam contra falſam.col.vi.de
ꝓbat.Barb.d.conſ.xlvi.col.ulti.Et Guido Papæ
hoc repetẽs deciſ.dcxiiij.ſi relinquat. & Firmia. in
*Hæres conficiens inuentariũ.*
trac.de epiſcopo.i vi.parte.li.4.q.xxix.uer.ſed nũ-
quid ſit ſtandũ.& Fel.in c.ſcripta.col. viii.uer.fal-
lit ſexto.extra de fide inſtru. Et in hærede cõficiẽte
inuenta-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

inuentarium, uoluerunt Bart. Bal. & alij in l. ulti. §. in computatione. C. de iure delib. Ange. & Ioã. Plat. in d. l. ii. C. quãdo & quibus quar. pars. Ang. in d. l. diuus. ff. ſi cui plus quam per legem Falcid. Et in tutore & curatore voluit Bar. in l. i. §. officium. ff. de tutel. & rat. diſtrah. Ang. in l. ſumptus, de adminiſt. tut. Imo. conſil. lxxv. circa primum dubium. Ang. in. §. actionum. in xiij. q. inſtit. de actio. Corn. cõſi. cccxix. circa primum conſultationis quæſitũ. col. x. ver. prout creditur, lib. iij. & Iaſ. in repet. l. admonendi. col. ii. uerſi. de tuto. autem & curatoribus. ff. de iureiur. Et in ſocio reddente rationem geſtori cõſuluit Bal. conſi. clij. ad euidentiam præmittendum eſt. col. ij. uerſ. eſt uerũ. li. iij. & iterũ cõſi. ccccxviij. ad primum dico, eo. lib. iij. & Socin. conſi. lxxiij. circa primam. col. i. Et generaliter in cæteris adminiſtratoribus uoluit Bart. in. l. comperimus. C. de nauicul. lib. xi. Rom. conſil. lxxvi. in cauſa notabilis uiri. in iiij. dubio in princ. Cacial. in repetit. d. l. admonendi. col. vij. uer. vii. ff. de iureiu. Et faciunt ad hæc omnia ſcribit Feder. Senen. conſi. cxix. nulli dubiũ eſt Bald. in. d. l. ii. de conue. fiſ. deb. & Ange. Aret. in. §. ult. inſtit. de verb. oblig.

*Tutor, & curator.*

*Socius reddens rõnẽ geſtori.*

Hinc eſt, quod licet ignorantia, & alia quæ conſiſtunt in animo non probentur iuramẽto, quãdo lex præſumit ſcientiam, ſiue quando alias eſt præſumptio cõtra illum qui uult iurare, ut uoluit gl. lxxxii. diſt. c. propoſuiſti in uerbo, non probatur. paulo ante ſi. & Bar. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. & Dominic. in c. eos qui. col. i. de temp. ordin. lib. vi. cum ſimilib. a me traditis, fallit tamen vbi ageretur de modico, quia tunc non obſtante præſumptione recipitur huiuſmodi probatio, per iuramentum, ſecũdum Panorm. in c. quoſdam. circa fi. de præſumpt. quem ſequitur Philip. Dec. in c. cognoſcentes. col. ult. extra de conſue. in i. lect.

*Quæ conſiſtunt in animo licet nõ probentur iuramento quando eſt præſumptio in contrarium, fallit tamẽ in modico.*

Et id quidem non abſque ratione eſt, nam nõ eſt ueriſimile, nec eſt præſumendum aliquem uelle pro

*De eadem re.*

modico

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

modico deierare, aut aliud maleficium committere, & ibi etiam gl. quæ dicit hanc eſſe rationem, quare pro modico nõ datur actio doli, iuxta. l. ſi oleum. §. vlti. ff. de dol. quoniam videlicet non ſit veriſimile, quempiam pro modico aliquid dolo facere, ut etiã no. Pan. in d. c. accedens, & Alex. conſi. lxxiiii. viſo teſtamento. col. ii. verſ. nec iura præſumunt. lib. i. & conſi. xcix. viſis proceſsibus. col. v. uer. non obſtat etiam ſi diceretur, in fi. lib. v. ubi per hanc rationem concludit teſtem nõ repelli propter modicum emolumentum, quia non præſumitur ꝙ ob id vellet deierare. & Phil. Dec. conſi. clxxv. in cauſa falſitatis. col vi. uerſi. ſecundo non obſtat. & col. ſeq. eo facit quod ſcribit Bal. in auth. ſed iam neceſſe. ad fi. C. de dona. ante nup. quod in parua quantitate non præſumitur fraus, neque ſuſpicio. Pan. quoque in c. ſuper. col. iii. uerſi. idem ergo ſaltem dicendum. extra de teſt. & quod etiam not. gl. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiu. quem commendat Bar. ibi. & Roma. in cõſ. ccciiii. plura ſunt. col. i. ubi illam dicit ſingu & Ale. conſi. 87. viſa inquiſitione formata. col. iiii. lib. iii. & Hipp. Marſi. in l. ult. col. xi. ff. ad leg. Corn. de ſica. Idque eſt quod ſcribit Fab. Quin. lib. v. Orat. inſti. non eſſe credibile aliquem falſum propter exiguam ſummam commiſiſſe, ut non mirum uideri debeat, quod tradit Bal. in l. omnibus. ad medium. C. de teſtib. neminem præſumi deierare, ubi ex hoc nullum reportat commodum, quod & confirmat tex. in l. & eleganter. §. ulti. cum l. ſequ. cum gl. ff. de dolo. vbi lucrum citius faciliusque præſumitur, quam dolus ac decipiendi uoluntas, quod & not. Fulg. conſi. clxxiii. in cauſa inquiſitionis. col. ii. in fi. ubi & ex hoc conſulit non eſſe præſumendum quem dolo aliquid geſsiſſe, ubi nullum, aut paruum commodum ex hoc referret, quamquã ſnia eſt Ciceronis pro Milone. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo.

*Doli actio.*

*Teſtis quando non repellatur.*

*Falſum aliquem commiſiſſe, quãdo non eſt ueriſimile.*

His accedit, ꝙ plerunque alias nulla fere ratio

modici

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

modici haberi ſolet. d. l. ſi oleum. §. ult. ff. de dol. alia ſunt prope infinita iura, quæ quidem ad eam multũ faciunt, quæ ueluti in unum corpus congerere decreuimus, quamquam audiui Anto. Corſet. libellũ de modicis conſcripſiſſe, qui nondum ad me peruenit. Igitur ultra d. l. ſi oleum. quæ adeo in ea re trita eſt ut nulla iam mentione indigeat, imprimis habem⁹ tex. in l. ſenatus. ff. de leg. i. §. Marcellus. ubi appellatione domus non uenit domuncula, ita ꝙ leges loquentes de domo non habeant locum in domuncula, ſicut etiam ibi not. Ang. & Barb. reputans illum tex. ſingul. in l. ſi ita ſtipulatus. ij. in i. not. vbi & illum tex. dicit ualde ſingularẽ, & Corne. cõſi. ccvi. uiſo ſuprascripto themate. col. v. uerſ. & per hoc fit reſponſum. lib. iij. Imol. & alij recentiores in d. §. Marcellus. trahunt ad ſtatutum prohibens forẽſem acquirere immobilia, ut uidelicet non intelligatur prohibere forenſem acquirere domunculam, uel cabanam ſine tecto aut parietibus. Quod & idem uoluit Bal. in c. ſi duo fratres in communi cauſa. tit. de duobus fratrib. bene inueſt. et Rom. ſing. cccxxxii. quidã ꝓcurator. ubi etiam facit ad hoc ſingul. text. in d. §. Marcellus. & Barb. in tract. de præſtantia Cardin. in viij. quæſt. primæ partis, col. ult. et Alex. in d. §. Marcellus. dicit ꝑ illum. tex. ꝙ ſtatutum puniens comburentẽ domum ſiue facientem inſultum ad domum, non habet locum in comburente domũculam, aut in eam inſultum faciente, reprehenditq; Bal. contrarium dicentem in l. i. §. exercitoribus. ff. nau. caup. ſtabul. per text. ibi, & in l. ſcapham. ff. de euictio. & in l. ult. ff. de fund. inſtr. ſed hoc reprehendit Iaſon in l. ſciẽdum. col. iiii. ff. qui ſatiſd. cog. Sed & Barb. ubi ſupra dicit illum tex. in §. Marcellus. eſſe contra illud dictum Bald. niſi (inquit) ſaluando Bal. dicas, quod ſit ſpectanda materia ſubiecta, quia ſtatuentes ita videntur uelle punire facientem inſultum in domunculam, vt in domum, quia talis pœna tendit ad publicum fauorem ꝑ gl. quam Barb. dicit

*Modici nulla ferè ratio haberi ſolet.*

*Domus appellatione non uenit domũcula.*

*Statutũ puniẽs comburentem domum an habeat locum in comburẽte domunculam.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

dicit ſingul. in l. quemadmodum. C. de agric. & ceſi. lib. xi. & ibi Bartol. & ita uidetur ſequi illud dictum Bald. ſicuti etiam ſequitur Iaſ. ſibi cõtrarius in c. i. col. vij. in iiij. fallen. tit. qui feuda dare poſſ. vbi etiam reputat ſingul. & dicit ideo procedere, quia eadẽ eſt ratio in domuncula quæ in domo, cũ det operam rei illicitæ, uidelicet incendio uel inſultui, ſequitur item Philip. Dec. in cap. de appellationibus colum. ij. extra de appel.

*Leuis, ſiue modicæ ſolennitatis omiſsio, nõ obeſt.*

Secundo eſt text. in l. i. in fi. ff. de vent. inſpi. vbi leuis ſiue modicæ ſolennitatis omisſio non obeſt, et ita not. Bar. ibi, & glo. in l. rẽ non nouam. vbi Bal. C. de iudic. & glo. xxx. q. v. c. noſtrates. Guil. Cune. C. de ſacroſanct. eccl. Bar. & alii in l. ij. §. prius. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. idẽ Bar. in l. ſi opus. ff. de oper. noui nuncia. & in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſac. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de inuentario. verſ. & not. Bald. in l. i. colum. vlti. uerſ. item dubitatur. C. qui admitti ad bon. & in l. vlt. §. i. col. ij. C. de iure delib. et in rub. C. de ſucceſſ. edict. & in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. vbi dicit, ꝙ paruus ſeu modicus defect⁹ nõ uitiat actũ, Ang. in. l. i. §. hæc ſtipulatio. colum. antepenul. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Salic. in l. vlti. §. ſi p̃finitum C. de iure delib. Panor. cõſi. xciij. ſtatuto ciuitatis. col. iij. verſi. ad prædicta. l. i. & conſil. liij. in prædicta cauſa. col. ult. lib. ij. Roma. in repet. l. ſi vero. §. de uiro. in iij. fallen. ff. ſolut. matri. & conſi. ccxlvi. clarisſime aſſeſſor. in fi. Ang. Are. inter cõſi. Alex. conſi. cxxxviij. laurelotus. col. ij. uerſi. quinimo ſi ſtatutum loqueretur. lib. ij. Corne. conſi. lxxi. ſuper i. col. iiij. uerſi. ſic & alias. lib. i. Feli. in cap. ex parte. poſt prin. extra de conſtit.

*De eadem re & quomodo intelligenda.*

Hoc tamen intellige, niſi huiuſmodi leuis ſolẽnitas eſſet data pro forma, quia omnino eſſet ſeruãda, alioqui uitiaret actus, ut uoluerũt Bal. Imo. Paul. Caſt. & recẽtiores in l. i. ff. de liber. & poſthu. quo ĩ loco reperies quando ſolẽnitas data eſt ꝓ forma, & Bal.

Bal. in c.i.col.ij.uerſi.ſed nunquid numerus.tit.de milit.uaſſal.qui cont.eſt, vbi dicit, ꝙ vbi forma data eſt, nihil mutari poteſt, ne horæ quidẽ unius ſpatio, & Pet. Anch. in c. ea quæ. col. xij. uerſi. hoc uerum niſi conſtitutio. extra de regul. iur. & in repet. c.i. car. xlij. verſi. quero ſtatuto cauetur ꝙ notarij, ſed hoc non mirũ eſt, quia alias ſemper formæ omiſſio in quãtumlibet minima parte totum uitiat actũ, ut not. Anto. & Panor. in ca. extra de reſtit. ſpoliat. Fel. in c. vlt. §. is autem. extra de offi. deleg. & late in c. cum dilecta. col. xvi. uerſi. amplia decimo extra de reſcrip. vbi etiam latiſſime uidebis, quãdo ſolennitas eſt pro forma, & Philip. Dec. in c. prudentiam. in iiij. not. extra de offi. deleg. & in c. de appellationibus. extra de appel. & i l.i. §. uni. uer. ad hæc reſponderi poteſt. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. nec id quidẽ mirum, quoniã vt dicit Bal. in l. vlt. col. ij. C. de ſuis & legi. formæ nihil addi, nihil detrahi poteſt. Quando autem alias dicatur leuis ſolennitas vide per Bar. & alios in d. l.i. in fi. ff. de uentre inſpic. Bart. in l.i. §. ſi plures in. iiij. q. ff. de exercit. & Bal. in l. hac conſultiſſima. circa medium. et ibi recentiores C. qui teſtam. facere poſſ. & Alex. conſi. cxli. uiſo teſtamento. col. vlt. uerſi. poſtremo. lib. ij. quod iterum repetitur in conſil. xcviij. lib. iiij. Iaſon late in l. ij. §. prius autem col. ij. ff. de vul. & pupil. ſubſtitut.

*Forma datæ nihil mutari poteſt.*

Tertio ſupradicta cõfirmantur ex l. quãuis. ff. de cõdit. & demonſt. ubi Bal. dicit, ꝙ officialis nõ eſt ſindicãdus, ſi iura uel ſtatuta in leuibus nõ obſeruarit, ꝙ & idem dicit per tex. t in l. obſeruare. §. proficiſci. col. pen. verſ. xxxiij. & d. c. cũ te in prin. extra de re iud. & ſequitur Iaſ. in l.i. col. ij. verſi. ſecundo habetis. C. vt omnes iud. tam ciuil. quam crimin.

*Officialis nõ eſt ſindicãdus, ſi iura in leuibus nõ obſeruaris.*

Quarto per illum tex. dicit etiã Bal. in l. pro hæreditarijs. col. ij. uerſi. xi. C. de hæred. act. quod licet ex natura cõditionis tota omnino requiratur ad eſſe ſui diſpoſiti. ff. eo. de cõd. et demon. l. cui fundꝰ, et

*Cõditio tota omnino requiritur ad eſſe ſui diſpoſiti.*

l. tales

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

l. tales. modicus tamen defectus bona fide errantis, non impedit implementum conditionis iure benignitatis, per dictam l. quamuis. quæ ut ſubiicit, non eſt alibi ſecundum Oldrad.

*Ius benignitatis.*

Quinto dicit quoq; Bal. per illum tex. in l. omnē. col. ii. uerſi. caueat tamen. C. ad ſenatuſc. Tertul. quod modicus error matris, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias in reddēdis rationibus tutelæ filiorū nō obeſt, nec ob id mater punitur, quod & idem dicit ipſe Bal. in auth. iiſdem pœnis. col. penult. uer. ſed quid ſi propter errorem. C. de ſec. nup. & idem generaliter in omnibus tutelæ rationibus, ut ſcilicet modicus defectus non uitiet totum, idem Bal. in. l. i. C. ſi aduerſ. ſolut. ubi ad hoc dicit illam l. quamuis notabilem, et id eſſe menti tenendum.

*Modicus error in reddendis tutelæ rationibus, nō obeſt.*

Sexto quod d. l. quamuis. allegat a noſtris doct. ad dictum Ariſto. lib. Ethic. 2. c. ulti. & lib. iiij. c. 5. Qui parum tranſgreditur nō uituperatur, & ita inter cæteros alleg. illum tex. idem Bal. in l. ij. in xij. q. uerſic. ſed nunquid ſufficit. C. de reſc. uen. & in l. quicunque. col. ij. uer. item facit ad quæſtionem. C. de ſeruis fugit. ubi etiam allegat. l. ij. §. ult. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur. & idem quoque Bal. in l. i. colum. ulti. ff. de legib. ubi dicit, quod qui parum tranſgreditur, non mortificatur, & in c. cum adeo. col. ij. & iterum in c. ſi proponente. paulo ante fin. extra de reſcrip. ubi dicit ad hoc ſingu. not. tex. in d. l. quamuis. & cap. cum te. extra de re iud. & conſil. cxliiij. præſuppoſito cōmunis Papiæ ſtatuto. col. ij. lib. i. quod conſ. repetitur conſi. xliij. lib. v. & Ioan. Ana. in c. ult. col. ix. uer. adde etiam prædictis. extra de colluſ. deteg. Rom. in repe. d. §. de uiro. in iii. fallen. ubi dicit illū tex. in d. l. quāuis. ſemper ad hoc allegari, & Bar. conſ. lviii. omnipotentē & immortalem Deū. col. xv. lib. 4. cui ſimile eſt quod dicit Ioan. Calder. in c. cum ex iniuncto. col. ult. de hæret. quod ſi parum diſcedatur a medio, non eſt contra uirtutem, ſed ſi multum, tunc corrumpitur uirtus

*Qui parū tranſgreditur, non uituperatur.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

tus in ſuo actu, ad quod multa iura allegat.

Septimo ꝑ id etiã infert Bal.in d.l.quicunq; col. ij.C.de ſer.fugi.ꝙ ꝓ minimis nõ debet pœna pecuniaria in corporalẽ tranſmutari, nec propter leues abuſiones aut tranſgreſſiones pauperes corpore puniẽdi ſunt, ꝑ quod dictum Iaſ.i.§.pœnales, col.viij. uer.ult.inſtit.de act.dicit limitari regul.qui non habet in ære, luat in corpore.

*Pœna pecuniaria in corporalem tranſmutari nõ debet pro minimis.*

Octauo dicit Bal.per d.l.quanuis, in auth.ꝑterea C.unde uir.& uxor.ꝙ parum & nihil æquiparantur, quod & uoluit Philip. Corne.conſi.lxiij.videbatur, col. ult.lib.i.& conſi.lxxvij.licet multũ, col. ult.lib.ij.& conſi.xxix.in præſenti conſultatione, col.ij.lib.iij.qui & ad hoc dicit allegari tex.in c.de multa, extra de præb.& Soc.conſi.cviij.in hac conſultatione, col.iij.ubi & ad hoc allegat extra de ꝑſcri.c.de quarta.ibi, nullus aut rarus, cui adde & ſimilem tex.in c.coram, in fi.ibi raro uel nunquã, extra de offi.deleg.& extra de probat.in c.licet cauſam, in uerbo, nulla uel modica, & extra de ſentẽ.& re iudic.ibi, nulla fuerit uel minima, & ff.quod cum eo, l.ij.ubi æquiparabuntur quia omnino non ſucceſſit, & qui in minima parte ſucceſſit, & inſti.de fideic.hær.§.ſed quia, ibi, ob nullum uel minimum, & Inſt.ad leg.Falc.in princ.in illis uerb.pro nullo aut modico, & ideo dicit gl.no.in aut.de inſtr.caut. & fid.§.pe.in uerb.inter quos, quod æqualis eſt cõditio nihil ſcientis & parum ſcientis. Et eſt quod dicit Ariſto.lib.ij.Phyſ. Id nihil deeſſe uidetur quod parum deeſt.

*Parum & nihil æquiparantur.*

*Nullus aut rarus.*

*Nulla vel modica.*

*Nullũ vel minimum.*

Nono ex hoc infert Bal.in d.auth.ꝑterea, in fi. et poſt illũ Sal.Pau.Caſt.Rom.Ale.Fran.Are. dicũt auth.loquentem in uxore indotata procedere & in uxore habẽte paruam dotẽ, quod uoluerunt & Cy. & Bal.i l.licet, C.de iure dot.Pau.Caſt.& Rom.i l.diuortio, in princ.ff.ſolu.matrim.& Rom.in l.ij.i prin.ff.eo.Alex.cõſil.xij.repetitus in cauſa, col.i.li. vij.et late Corn.cõſ.ccxlix.uiſo ſupradicto pũcto, col.

*Auth. loquentem in uxore indotata, procedere in uxore habente paruã dotẽ.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

col.i.& ii.li.iij.& Barb.conſ.lxxiiij.ſcripſit Pſalmiſta,in prin.lib.iiij.Super quo tamen uide Fran.Pep. in repe.d.auth.præterea,col.iiij.cũ multis ſeq.Soci. quoque conſi.cxxi.præmittenda eſt diſputatio, col. vij.uerſi.capio nunc ſecundum,lib.iiij.

*Pro re minima non datur redhibitoria.* *Nec pro paruo vitio.* *Vulnuſculum modicũ delictũ non habet.* *Nec ſcorticatura leuis dicitur vulnus.*

Decimo eſt tex.ff.de ædil.edict.in l.ſi tamen §. vlt.ubi pro re minima non datur redhibitoria,& ita dicit per illum tex.Bal.in l.ſi prædium,col.i.verſic. quæro pro quibus rebus,C.de ædil.act. ubi ſubdit, quod nec pro paruis uitijs datur etiam redhibitoria, per d.c cui Deus,& l.i.§.ſed ſciendum,uer.proinde leuis febricula,eo tit.Nam non quælibet infirmitas denominat quem infirmum,& uulnuſculum modicum,nullum habet in ſe delictum. Itaque ſi dicat ſtatutum,quod ſindici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas,ubi eſt leuiſsima cutis ſciſſura,non eſt denuncianda.Nam ſciſſura leuis,aut ſcorticatura(ita enim appellat)non dicitur uulnus,& ſi in platea eſſet illatum,neque pro tali uulnuſculo atrox pœna irrogaretur,quia modica alteratio,nõ dicitur infirmitas, ff.eod.l.qui clauum,§.vlti. hæc ibi Bal & idem ferme uoluit ipſe,& Alber. in dicto.§. ſed ſciendum,per tex.ibi,& idem Bald.in c. cum adeo,col.ij.extra de reſcri.& Ang.in l.extat, ff.quod met.cau.& in l.ſi pignore §.furem,ff.de furt. Ro.in l.i.§.excuſantur,per illũ tex.ff.ad Silleia.& in d.§. de uiro,in iij.fallen ubi & ad hoc allegat l.quæſitũ, ff.de re iudic.ubi leuis febricula nõ excuſat, & ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ,§.quæſtionis, & Alex. in addi.Bar. in l.eleganter,§.qui reprobos,in fi.ff.de pign.act.& conſ.ciiij.ſtatutum loquẽs,col.vi.lib.i. & conſi.c uiſa inquiſitione,col.ult.lib.vi.& conſi. clxxxvi.uiſo proceſſu,col.i.li.vii.Barb. in tract.de p̃ſtãtia,Card.in viij q.primæ partis,col.ult.Cor.cõſil.lxxvij.licet multũ,col.ul.li.ij.Iaſ.in l.i. col.viij. ti.qui feu.da poſ.ubi facit ſing.ad hoc tex.in d.§.ſed ſciendum,& Gaſpar Valaſci hoc reputãs ſing.in repe.l.imperium,col.lvi.uer. in contrarium tamen facit

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cit,ff.de iuriſ.om.iudi. & bene facit vltra prædicta tex.xviij.diſt.c.placuit,& ibi glo.

Vndecimo per illũ tex.in d.§.ſciendũ, voluerunt Alber.& alij,quòd ſtatutum puniens faciente vulnus,nõ habet locum in vulnuſculo, quod tamen (inquiũt) poſſet procedere reſpectu illius edicti,ſed in ſtatutis in quibus propria et ſtricta interpretatio recipitur,non eſſet ſecurum redere a verbis ſtatuti, cũ nonnunquam leuiſsima iniuria pro iniuria capiantur, per l.ſeruum quem,ff.de pign. Verum Cepol. ibi nu.36.tenet contrarium, ſcilicet, quòd indiſtinctè non punitur pœna ſtatuti per dictũ tex.ita ſciendum,huic propè ſimile eſt quod voluerunt Bal.& Imo.in l.ſenatus §.Marcellus ſupra alleg.de lega. i.quod conſtitutio pœnalis loquens de ſanguinis effuſione,non intelligitur de modica, quod & uoluit Io.And.in addi.Spec.in rub.de accuſ.in fin.& Panor.in c.propoſuiſti,in ij.notab.de conſec.eccle.uel alt.& Rom.in repe.d.§.de uiro, ſed hoc utiq; etiam procedit propter uerbum,effuſio,quod ſua natura denotat abundantiã ut uoluerunt Io.And.& Panor. ubi ſupra,& eſt gl.ord.in c.cum illorũ,in uerbo, ſanguinis effuſionem,de ſent.excom.quam & ibi not. Pan.col.iij.dicitq; hoc notãdum,quia facit ad multa,& Gaſpar Valaſci loco ſupra alle. illam ad hoc facit ſing.ſed eſt alia gl.ſimilis in cle.ne Romani.§. vlt.in uerbo effundendis,de elect.& eſt tex.expreſſus quẽ utraq; gl.allegat xvi.q.i.ibi, uerbum effuſionis,nomen largitatis oſtendit.

*Vtrum ſtatutũ puniẽs faciente vulnus, habeat locũ in vulnuſculo.*

*Effuſio ſua natura abũdantiam denotat.*

Duodecimo,quod etiã in dicto.§.Marcellus,uoluit Imo.quod forenſis ex ſtatuto prohibitus acquirere,poteſt tamen acquirere rem modicam, & idem tenuit Bald.in l.i.ff.nau.caupo.ſtabul. & in l.cum ſeruus §.vlt.ff.de leg.i.& in l.hi quorum, verſi.rurſus quæro,ff.de pign Rom.ſing.cccxxxij.hodie quidem procurator,per d.§.Marcellus,quem dicit ſe neſcire alibi Ambroſius Piſo in l.filiusfamilias §.diui, ff.de leg.i.

*Statutũ prohibẽs acquirere forenſem, quõ intelligatur.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Decimotertio memorabile eſt; quod per text. in d. l. i. §. ſciendum, ff. de ædil. edict. dicit Bal. in l. obſeruare, col. i. C. quorum appel. non recip. q̀ parum ſiue leuiter tortus, non habetur pro torto, quaſi paria ſint non torqueri, aut parũ uel leuiter torqueri, & ſequuntur Ale. in addi. Bar. in l. denunciaſſe. §. quid tamen, in fi. ff. ad leg. Iul. de adul. Iaſ. in l. ſciendum, col. iiij. uerſi. viij. facit, ff. qui ſatiſd. cog. & Hippo. Marſil. qui hoc dicit notab. in l. furem, col. iii. ff. ad legem Corn. de ſicar. & per hoc eſt bonus tex. ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. quæſtionem, quẽ et ad hoc ponderat Barb. dicto conſi. x. col. v. lib. i. & dicto conſi. lxxiiij. col. i. lib. iiij.

*Parum ſiue leuiter tortus, non habetur pro torto.*

Decimoquarto per eundẽ tex. uoluit Roma. in l. is poteſt, ff. de acqui. hære. & ibi etiam poſt eum Ale. col. iij. uer. ſed hoc intelligit, limitantes id quod ſcribit Bar. ibi, uicinum aut conſanguineum ægrotum, non præſumi ſcire facta uicini, aut conſanguinei per c. cum in tua, extra qui accuſ. poſſ. ut procedat niſi in leuiſſimo quopiam morbo, qui ut ipſi dicunt pro morbo non habetur, per illum text. in dicto §. ſciendum. & in l. ob quæ uitia, eo. tit. & in d. l. quæſitum, ff. de re iudic.

*Vicinũ aut conſanguineum ægrotum, non præſumi ſcire facta uicini, quomodo accipiatur.*

Decimoquinto eſt text. in l. habitatores, ff. loc. qui limitat alios text. diſponentes fieri remiſſionem mercedis conductori pro rata eius quo frui non potuit, ff. eo. tit. l. ſi fundus, cum ſi. ut non procedant, ſi paulo minus commode uteretur aliqua parte cænaculi, aut alias aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret, cui etiam bene conuenit tex. eo. tit. l. ſi ea lege. §. colonus, & in l. ſi merces, §. uia maior, ubi in hæc uerba ſcribitur, modicum damnũ æquo animo ferre debet colonus, cui non aufertur modicum lucrum.

*Leges diſponentes remiſſionẽ fieri mercedis conductori pro rata eius quo frui non potuit, quomodo limitentur.*

Decimoſexto eſt tex. i l. qui ſic. ff. de ſol. ubi ſolutio q̃ ex pacto durat momentum unum, nõ parit liberationẽ, ſicut nec uidetur translatũ dominium, quod momẽto durat, id eſt, nõ conſideratur tráslatio

*Solutio quæ ex pacto durat momentum, nõ parit liberationem.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tio dominii, quæ momento ſolum durat, ut eſt text. in l.ult.§.ult.in fi.C.de bonis,quæ liber.& no. Bar. in l.ult.ff.de condi.inſti. Pau. Caſt. in l.frater a fratre,col.vii.& ibi etiam Iaſ.col.ii.vbi ponit tres limitationes ff.de cond.indeb.

Decimóſeptimo eſt tex.in l.pretia.§.vlt.ff.ad legem Falc.ubi non attenditur prætium, quod durat momento temporis,per quem tex.dicit Bar.ibi, & poſt eum recentiores,quod res tanti eſt,quantũ vendi poteſt,non vna die vel vno momento,ſed pluribus diebus,quod & idẽ dicit in l.ſi ſeruus ii.in prin. ff.de condi. furt. & in l.i.col.pen.ver.item aduerte ad vnum.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. ideo idem Bar.in l.ii.in fi. C. de reſcin.vend. ſentit non ſatis eſſe ei,qui remedio huius l.agit,probare rẽ tanti valuiſſe die ſiue tempore venditionis, ſed neceſſe eſſe probare,quod ante & poſt id tempus tanti valuerit.& ſequitur Ang.Aret.in §. ſi quis agens col. v.verſi.capio tertium,inſti.de actio.

*Prætium quod durat momẽto tẽporis,non attenditur.*

Decimooctauo eſt text. in l. ſiue contra.§. quia plautianum,cum gl. in verbo, ex Senatuſconſulto, ff.de lib.agnoſ.ex quo probatur, quod licet admittatur tum demum libellus incertus,quando incertitudo procedit ex facto conuenti.l. ubi autem nõ apparet.§.qui illud aut illud,ff.de verb.obli.tamẽ ubi tractatur de modico præiudicio, admittitur huiuſmodi libellus incertus etiam ſi incertitudo non procedat ex facto aduerſarii,& ita ille tex.cum glo.intelligitur,dicitque illum no.Cepola in l.i.§.ſciendũ, nu.4.ff.de ædil.edi.his adde tex.in l.vlt.§.ult. in fi. C.de bon.quæ liber.vbi momentanea acquiſitio filiifam. nihil prodeſt patri in acquiſitione vſusfructus,ibi quoque dicunt Bald. Cyn. & alii non eſſe curandum de momento, ſed & ex eo Bald. in cap. cum cauſa,in fi.extra de ſenten. & re iudi. not.dicit momentaneum dominium non infringere regulam mendicantium,ad hanc rem facit tex. in l.ſi quis ita legauerit,ff. de conditio. & demonſtra. ubi ſi quis

*Incertus libellus quando admittatur.*

*Momẽtanea acquiſitio.*

*Momentũ non curatur.*

E 3 vxori

uxori aliquid legauerit dum eſſet cum filio, & ea modico tempore abſuerit, debetur ei nihilominus legatum, quia nõ omne momentum exigendum eſt, ut cum liberis ſit.

*Mulier non petens tutorem filijs impuberibus, quando non puniatur.*

Decimonono tex. eſt in l. ij. §. q̃ ſi egenis, et §. tractatur, ff. ad Tertul. ubi non punitur mulier non petens tutorem filijs impuberibus, qui habent patrimonium puſillum, & fere nullius ualoris, quos tex. ad hoc alle. Rom. & dicit notabiles in repet. d. §. de uiro, quo loco ſupra citauimus.

*In minimis cauſis quis poteſt eſſe iudex & tabellio.*

Vigeſimo tex. eſt C. de ſacroſan. eccl. l. iubem⁹. §. ſane, & ibi bona gl. q̃ in minimis cauſis, poteſt quis eſſe iudex & tabellio, & ita etiam uoluerunt Io. Bapt. Cacia. & Gaſpar Valaſ. in rep. d. l. Imperium, col. xxiiij. in xxx. q. & Pan. in c. iij. col. antepe. extra de proba. ubi dicit eſſe ſingul. not. Fel. in c. quoniã contra falſam col. i. & iterum col. pe. uer. octauo quæro, extra eo. quanuis tamen regulariter ſecus, ut not. Inn. in c. cum a nobis, extra de teſtib. & plene habetur in dicto c. quoniam.

*Statutũ puniens portantes arma, de quibus non intelligatur.*

Vigeſimoprimo eſt etiam tex. in auth. de armis, ante fin. in uerbo cultellos breues, ubi glo. dicit, q̃ ſtatutum puniens portans arma, non intelligitur de paruis cultellis idoneis ad ſciendendum pennas, uel panem, quam ſequitur Ange. in l. i. ff. ad leg. Iul. de vi publ. vbi dicit non eſſe alibi, & in l. ſi pignore. §. furem, ff. de fur. & Io Ana. qui dicit quoque illã ſingul. in c. lator, circa princ. ubi tex. not. in uerbo, cultellus, de homi. Alex. in l. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi pub. Io. Platea, qui & illam glo. dicit ſingul. in l. i. C. ut uſus armorum, lib. xi. Roma. in l. i. §. occiſorũ, ff. ad Silleia. Ange. Are. in tracta. malefi. in uer. uno ſtocho, poſt princ. ubi illã dicit ſingularẽ, & Corn. conſil. lxxvij. licet multum, colum. vlti. libr. ij & bene facit gloſſ. in rub. fabricenſ. libro xi. & quod uoluit Panormit. in c. clerici. i. col. vlti. extra de uita & honeſt. cler. & Felin. in cap ita quorundam, col. i. & ij. de re iud. ad hoc facit tex. in l. ita autem, in prin.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in prin.ex qua limitantur aliæ leges ſtatuentes, tutorem debere pecuniam pupilarem collocare in emptionem prædiorum, quod ſi neglexerit in uſuras teneri, ut uidelicet non procedant cum pecunia pupillorum eſt exigua.

*Epiſcopi pro minimis cauſis excõmunicare non debent.*

Vigeſimoſecundo eſt tex.in c.epiſcopi, xi.q.iij. ubi pro minimis cauſis nõ debent excommunicare epiſcopi, & hoc quoque not.glo.ibi, ſimiliter eſt tex.prohibens, ne quis ſuſpendatur a communione in ca.nullus.xi.q.iij.& bene facit quod ſcribit glo. ibi, quod non pro omni peccato mortali quis eſt ſuſpendendus, quod & idem aſſerit gl.in c.uir cum propria, xxxiij.q. iiij.

*Quando prælatus poſſit alienare rem eccleſiaſticam ſine ſolẽnitatibus iuris.*

Vigeſimotertio eſt tex.in c.terrulas.xij.q.ij.vbi prælatus poteſt ſine ſolennitatibus iuris alienare rẽ eccleſiaſticam etiam immobilem modici ualoris, & ita uoluit per illum text.Dom.ibi, & gl.eadem q.& cauſa, gl. quoque in c.abbatibus, & ibi Arch. ea.q.& cau.Inn.Ant.& alij in c.i.extra de his quæ fiunt a prælat.gl.& Hoſt.in c.ſi proponẽte, extra de reſcrip.Ioan Ana.in regula, qui tacet, & Fede. Senen.conſi.ccx.in Chriſto nomine caſus talis eſt, ubi per hoc dicit rem modicam eſſe excluſam a ſolennitate & rigore iuris, contineriq; ſub iuramento prælati, qui iuraret ſe non alienaturum inconſulto ſuperiore Henr.Boi.in c.etſi quæſtiones, extra de ſimo.& Ang.in §.hoc etiam, in fi.in auth.de alienat. & emphy.Pet Anch.conſ.ccccxx.quidam ſeruus Antonius, col.vlt.& idem Pet.Anch.Imo.et Pan. ſequẽtes illud dictum Fed.in c.ſuper, extra de rebus eccleſ.non alien.Idem Panorm.illud quoque allegãs in c.ul.col.pe.extra de eccleſ.ædifican.et Ioan. Fab.in auth.hoc ius porrectum, col.ij.uer.tertio caſu, & ibi etiam Bal.& Sali.C. de ſacroſan.eccle. Imo.in c.i.extra de his quæ fiunt a maiori parte c. cap.Soc.cõſ.ccviij.uiſis actis, col.pen.et Barb.qui ſuper hoc conſuluit in conſi.lxi.a Ioue principiũ, col.iiij.uerſ.præterea facit, lib.iii.& Iaſon in cap.i.

 col.vi.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

col. vi. verſi. adde ad prædictorum confirmationē, iterum col. ſeq. ver. iiii. ultra alios, titu. qui feud. dare poſ. & Fran. curt. in trac. feu. in xxi. q. pe. q. princ. Et apud nōnullos ex his comperies, an id procedat nō ſolum in epiſcopis, ſed & in aliis prælatis.

*Prælatus poteſt modica donare de rebus eccleſiæ, ſi hoc habet conſuetudo.*

Vigeſimoquarto tex. eſt in ſimili, extra de dona. c. cæterum, ubi prælatus poteſt modica de rebus eccleſiæ donare ſi hoc habet cōſuetudo, quaſi nō modica non poſſit etiam ex conſuetudine, ut ponderat Panor. conſi. xlv. ſatis videtur mihi, poſt prin. lib. i. verum ceſſante conſuetudine poteſt prælatus modica ex reditibus quos habet, et minima ex his, quæ ſunt eccleſiæ, etiam ſine conſenſu capituli donare, vt voluerunt Anton. & Panormi. in d. c. cæterum, & bene facit quod voluit Innocen. in c. fraternitatem, extra eo. et Hoſt. in c. ſi quis ſane, de pecul. cle. & poſt eum glo. in c. præſenti, in verbo, reſeruari, de offic. ordin. lib. vi. & Panormita. ſibi contrarius conſil. xxxi. contingentia facti eſt talis in ciuitate, col. i. lib. i.

*Conſuetudo ut clerici poſſint teſtari de bonis acquiſitis ex eccleſiæ, quomodo procedat.*

Vigeſimoquinto voluit in ſimili Panor. in c. cū in officiis, col. i. verſi. ſecundo fallit. extra de teſta. intelligens dictum Doct. ibi volentium, ut ualeat cōſuetudo quod clerici poſſint teſtari de bonis ex eccleſia acquiſitis, vt hoc quidem procedat in bonis medicis, eius exemplo quod diximus in præced. c. alioqui (inquit) nō ualet per ea, quæ ibi allegat.

*Conſuetudo grauamen eccleſiæ adferēs, quando ualeat.*

Vigeſimoſexto memorabile eſt, quod generalius voluit Fed. Sen. conſil. clv. quæritur an laici, quod licet non valeat conſuetudo eccleſiæ grauamen adferens, c. i. de cōſue. vbi tamen conſuetudo huiuſmodi grauaminis modicum, uel præiudicii eccleſiæ adferret, & alias eſſet fauorabilis, valeret, & idem ferme voluit Card. Floren. in d. c. i. ad fi. & ibi quoque Pan. in prin. & in fi. & Rot. ſ. Curt. in c. ult. cart. xx. verſi. ex præmiſſa concluſion. & iterum car. ſequē. uerſi. limita modo, ubi docet, quando dicatur cōſuetudo multum uel modicum præiudicialis eccleſiæ.

Vigeſi-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Vigeſimoſeptimo text.eſt extra de dona. inter uir.& vxo.c.per ueſtras.in illis uerb.ſatis poſſit ei modicum credi.ex quo not.Ioan.Anan.in c.ſi pro ponente.poſt princ.extra de reſcrip.quod nõ debet quis cogi pro modico cauere, quod & ante illũ ex eodem not.Archi.in c.non poteſt.de præbend.lib. vi.ſed & idem dicit per illum tex.Henri.Boi.in c.et ſi quæſtiones.extra de ſimon.uerum ille text.non uidetur hoc bene probare,& in contrarium eſt tex. ff.ut in poſſ.leg.l.quanuis.

*Vtrum non debeat quis cogi cauere pro modico.*

Vigeſimooctauo tex.eſt in c.ij.cũ gl.ex quibus not.ibi Ant.in fin.ꝙ modica diuerſitas uel contrarietas in teſtibus etiam in facto principali, nõ uitiat eorum teſtimoniũ,quod amplectit̃ & recipit Alex. in l.inſulam.ff.ſolut.matri.& in l.eos.in addit.Bal. ff.ad leg.Corn.de fal.& idem Alex.conſi,v.in cauſa inquiſitionis.col.penul.uer.ad idem quod ſignanter.lib.i.& conſi.xxiiij.animaduerſis his.col.vlti. lib.ij.& conſi.lxv.uiſis proceſſibus.col.iiij.uer.& licet etiã.& iterũ uerſ.reſpondeo.eo.lib.ij.& conſi. cv.reuerendiſſime domine.col.ult.uer.ad hoc accedit.eo.lib.ij.ubi hoc dictum Anto.pro eleganti allegat,& conſ.cxxij.uiſo proceſſu utriuſq; cauſæ.col. penul.uer.non obſtat ſi dicatur.eo.lib.ij.& conſi. xlij.in cauſa & lite uertente.col.ult.uer.præterea licet teſtis.lib.iij.& Iaſ.in l.ult.col.penul.uerſi.item etiam in facto.C.de bon.poſſeſ.ſecundum tab.vbi hoc Anton.dictum affirmat eſſe ſingul.& ſe nuſquam alibi legiſſe, & Philip.Decius conſi.cv.diuino implorato præſidio.colum.ij.Sed & plus dicit diuus Thomas xxij.q.lxx.artic.ij.in fin.quod teſtium diſcordia in minimis,facit teſtimonium credibilius,quia teſtis ex hoc nõ præſumitur in unum eundemq; & præmeditatum ſermonem deponere, arg.l.iii.§.i.ff.de teſtib.

*Modica cõtrarietas in teſtibus etiam in facto principalis, non uitiat eorũ teſtimonium.*

Vigeſimonono celebrat̃ gl.in c.ſi proponente.i princ.de reſcript.vbi inter multa q̃ de modico illic congerit,illod annotat,quod apud nos uice ꝓuerbij dicitur,

*Pro modico nec plus nec minus Gallicum prouerbium.*

dicitur, Pro modico nec plus nec minus, ad quod al legat tex. de conſecr. diſtinct. ij. ubi & hoc quoque not. gl. in princ. in uerbo, mortui ſunt. & glo. etiam ult. in prooemio decretal. Et Henric. Boi. in c. & ſi quæſtiones. de ſimon.

*Vtrum modica res inducat ſimoniam.*

Trigeſimo, dicunt illæ æedem gl. in d. c. ſi proponente. & d. c. reuera. ꝙ modica res non inducit ſimoniam per tex. extra de ſimon. c. etſi quæſtiones. & i. q. i. c. iudices. id quod etiā uoluit in d. prooemio decre & in d. c. ſi proponente. in prin. & in c. de appellationibus. extra de appel. Sed contra hoc eſt text. extra eo. de ſimo. c. ex tuo. ubi ſex ſolidi inducunt ſimoniam, ibiq; not. gl. ꝙ quantitas parua nō inducit diuerſitatem iuris, & allegat iura ſimilia ſoluentia contraria, & ibi poſt eam Panor. & gl. in d. prooe. decret. & in c. plerique. xiiij. q. iij. Hoſt. Henr. Boi. Ioan. Ana. & Pan. in d. c. etſi quæſtiones.

*Qui deformes corpore repellātur a functione ſacerdotij.*

Trigeſimoprimo notandum eſt, quod etiam uoluit gl c. ult. extra de corp. uitiat. Limitans iura, q̃ repellunt deformes corpore a ſacerdotij functione, ut patet per illum totum titu. ut non procedant in parua ſiue modica deformitate per text. ibi, quem etiam ad hoc not. Ioan. Ana. in d. c. ſi proponente. & ante illum Archid. in d. c. non poteſt. de præb. lib. vi. & uoluit etiam Bald. in d. c. cum adeo. extra de reſcr. & Henric. Boic. in d. c. etſi quæſtiones. & Cepol. in l. i. §. ſed ſciendum. nu. 38. ff. de ædil. edict. & facit text. ff. de ædil. edic. in l. cui dens. ubi dicit Bald. Oldr. eam l. allegaſſe coram Ioan. xxij. cum quædam impedimenta alicui obijcerentur ne promoueretur ad ſacerdotium.

*An et quando poſſit trāſigi ſuper futuris alimētis teſtamento relictis.*

Trigeſimoſecundo licet regulariter nō poſſit trāſigi ſuper futuris alimentis teſtamento relictis, niſi prætoris auctoritas interueniat, ut uoluerunt Archid. & Ioan. Ana. in hiſdem locis ſupra alleg. tamen in minutis quibuſque alimentis hoc fallit per tex. in l. cum hi. §. ult. ff. de tranſact.

Trigeſimotertio licet minoris debitor uel credi-

tor

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

tor repellatur a tutela illius,auth.minoris C.qui da re tut.ubi gl.Bar.Bal.& Salic.hoc tamen non obtinet, ſi debitum fuerit,exiguum, Doct.in d.auth. minoris,& Bart.in l.ſi quis in pignore.§.ulti.ff.de pig.& Roman.in repe.d.§.de uiro.in iij.fallen.ubi gl.ualde commendat Ale.conſi.clxxxvi.uiſo proceſſu.col.i.lib.vij.ubi etiam illam dicit notab.

*Creditor minoris uel debitor,quando non repellatur a tutela illius.*

Trigeſimoquarto propter paruũ debitũ nõ poteſt quis dici ſuſpectus,nec capi ex ſtatuto ꝑmittente,ut apprehendi poſſit quaſi ſuſpectus de fuga, vt uoluerunt Cy.Bal.& alij in authen.ſed iam neceſſe.ubi gl.C.de dona.ante nupt.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.cred.Bald.in auth.ꝑterea. C.unde uir.& uxor.& Roman.conſi.cccxx.hæc iſtorum quinque captura.col.ii.uer.ultimo neceſſarium eſt.& ſingul.xcvi.dic mihi tu habes.ubi hoc reputat ſingu.et Ale.in rub.col.i.ff.ſolut.matrimo. & Socin.in tract.fallent.in regula lxxviij.debitor fugitiuus.& Barb.i addit.Bal.in l.cõſentaneũ col. iiii.uer.quæro vna.C.quomodo & quando iudex. & Catel.qui hoc quoque reputat ſingu.memo.fideiuſſor proprie.in fin.& memo.ſuſpectus.

*Propter paruum debitum, non poteſt quis dici de fuga ſuſpectus.*

Trigeſimoquinto facit ꝗ uoluit gl.in authen.de hæred.& falcid.§.hinc nobis.in uerbo,ſubſtãtiam. alias facultatem,dũ loquitur de ſacculo, unde infert Ang.ad ſtatutum diſponens non poſſidentẽ domũ poſſe,ut ſuſpectũ detineri,ut uidelicet poſſidens uiliſſimam domum non gaudeat beneficio ſtatuti.

*Statutũ diſponens non poſſidẽtem domum,aut ſuſpectũ detinori,extẽdi ad poſſidentem uiliſſimam.*

Trigeſimoſexto conſimilem uim habet,quod dicit glo.notab.quam ſequuntur Bal.Ang.& alij ff. qui ſatiſd.cogan.l.ſciendum.in prin.quæ illũ text. ſancientem poſſeſſorem immobilium ſatiſdare non compellendum,ita intelligit,ut quis pro uili ceſpite terræ non euitet ſatiſdationem. argu. l.creditores. ff.de priui.cred.& eſt ſimilis gl.in l.ſi fideiuſſor.§. vlti.ff.qui ſatiſd.cog.

*Poſſeſſorem immobiliũ non compellẽdum eſſe ſati dare, quomodo itelligatur.*

Trigeſimoſeptimo licet alias non ꝑſumatur donatio l.cũ de indebito.cum ſimilib.ff.de ꝓbat.fallit ta-

lit tamen in re parua ſiue modica gl. in l. cum quid ff. ſi cer. pe. ubi Bar. & alii. & gl. in l. ſi filii. C. de dona inter vir. & vxor. idem Bar. in l. quæ dotis, col. iii. verſ. ſequitur ex genere. ff. ſol. mat. & Ro. conſi. cccxxxvii. quod ad primum, col. i. & Corne. conſi. lxxxi. primus conſultationis articulus, col. i. uerſ. & in paruis. lib. i. & conſi. cxxii. circa præſentem, col. i. verſ. quia in paruis. libro 2.

*Præſens quando habeatur pro conſentiente, cum tractatur de eius præiudicio.*

Trigeſimooctauo huic finitimum eſt, quod licet præſens pro conſentiente non habeatur quando tractatur de eius præiudicio l. qui patitur, ff. mand. & plene no. in regula iuris is qui tacet, de reg. iur. li. vi. fallit tamen ubi agitur de modico præiudicio. ut uoluit Bar. in d. l. q̄ dotis, col. ult. verſ. quæro quid ſi ſum. ſolu. mat. & per text. in l. quam Tuberonis §. ſunt quidam ff. de pecu. & l. Sabinus, ff. commu. diuid. & l. Labeo. ff. de aqua pluuia. ar. & l. qui bona. §. ſi quis iuſſus. ff. de dam. infe. ſequitur Fel. in c. cum marte. col. xviii. verſ. fallit tertio. extra de conſti. & Philip. Dec. in c. ſuper eo. col. iiii. uerſi. ſecundo reſponderi poteſt de offi. deleg. Et hoc quoque videtur uoluiſſe Panor. in c. cæterum, col. iiii. uerſic. ego puto. extra de foro comp.

*Ius patronatus acquiritur per donationē eccleſiæ factam.*

*Niſi dos ſit modica.*

Trigeſimonono huc pertinet, quod licet p donationē eccleſiæ factā quis acquirit ius patronatus, ut uoluit gl. lxiii. diſt. can. in ſumma. & xvi. q. vii. piæ mētis. Inn. & alii in rub. extra de iure pat. tñ ꝓpter modicam dotem nō efficitur quis patronus, ut dicit gl. ſingu. xvi. q. vii. c. quicunque fidelium, quā multum commendat Pan. conſ. cvi. factum ſuper quo. col. ii. lib. ii. & Iaſon in rub. ff. ſol. ma. col. vii. verſ. quinto facit. & illam etiam dicit no. Iaſon in auth. præterea. col. iii. C. unde vir. & vxor.

*Eccleſia cathedralis uel alia nō poteſt ſine cōſenſu epiſcopi ſtatuta facere, niſi de quibuſdam minimis ſtatuat.*

Quadrageſimo uoluit Inn. in c. cū acceſſiſſent. de conſt. quod licet eccleſia cathedralis uel alia non poſſit ſine conſenſu epi ſtatuta facere. poteſt tamen minima quæpiā ſtatuere, & idem dicit ipſe Inno. in c. requiſiſti. de teſtam. & ſequitur Panor. conſi. vii.

Ieſu

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Ieſu Chriſti &c. col. ij. lib. ij.

Quadrageſimoprimo voluit idem Inno. ī c. tua nos. de arbit. q̄ licet nō poſſit procurator generalis conſtitutus ad agendum tranſigere per. l. tranſactionis C. de tranſac. fallit tamē in minimis rebus, quod & uoluit Ang. in l. mandato generali. ff. de procur. quos refert & ſequitur Franc. Curt. in addit. Alex. in d. l. trāſactionis. ſed caue, quia nullum eſt c. quod ſic incipiat, tua nos. extra de arbit. *Procurator generalis ad agendū conſtitutus, de quibus poſſit tranſigere:*

Quadrageſimoſecundo ſcribit Guil. Cu. & poſt eum Pau. Caſt. in l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. in uerbo, continua uariatione. ff. de condit. inſtit. q̄ ſi iudex delegat uicarium iuriſdictioni exercendæ, dū ipſe aberit, & contingat q̄ poſtquam is abeſſe cœperit uicarius exerceat, qui & ipſe p interualla abſit, ualebunt tamen acta coram uicario facta, perinde atque ſi nullo modo abfuiſſet, ne ex huiuſmodi momentanea uariationes partes decipiantur, q̄ ſequitur & dicit notab. Philip. Dec. in cap. quoniam Abbas. col. ij. de offi. deleg. ubi per hoc dicit, q̄ licet clauſula in reſcripto appoſita, q̄ ſi non omnes &c. intelligatur, ut ualeat quod actum eſt per unum ex iudicibus datis, ſi leui parumq; diuturno impedimēto cæteri fuerint impediti, quod ualde commendat Philip. Dec. *Iudex ſi delegat uicariū iuriſdictioni exercendæ dum aberit, ualent acta uicarii, licet per interualla abſit.*

Quadrageſimotertio tacendum non eſt, quod cōſuluit Feder. Senē. cōſi. lxxxv. ſtatuto ciuitatis. col. vlt. quod quādo agitur de medico p̄iudicio ſtatutū laicorum quod habet rationabilem cauſam, cōprehendit etiam eccleſiam & pias cauſas, ut refert & ſequitur Domin. in c. ult. col. penult. de immunit. eccleſ. & idem uoluit Cardi. in repet. c. perpendimus in x. q. uer. ſi autem ſtatutum. de ſent. excommuni. Philip. Decius in c. ſanctæ Mariæ. col. xxvi. uerſi. primus eſt. de conſtitutionib. *Statutum laicorum quando cōprehēdat ecclſiam.*

Quadrageſimoquarto ſcribit Bar. ī l. ult. C. de cano. larg. tit. lib. x. q̄ licet poteſtas nō poſſit iubere, quod pecunia communis alij ſoluatur quam camerario *Pecunia cōmunis, alij, quam camerario ſolui non poteſt.*

ratio

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Niſi ſit modica.*

rario & receptori ipſius pecuniæ, & ſi aliter faciat, punitur, vt per totũ illum titu. fallit tamen in modica pecunia, quam poteſt pro arbitrio ſuo cõuertere in neceſsitates publicas, argum. l. diuus ff. de bon. damn.

*An inuẽtarij confectio de bonis pupilli, & quãdo negligi poßit.*

Quadrageſimoquinto idẽ Bar. dicit in l. mediterraneæ. p illum text. C. de anno. & tribut. ꝙ ſi pupillus modica quædã mobilia & vilißima tantum habeat, vt confectio inuentarij plus eſſet allatura incõmodi & ſumptuum, quam vtilitatis, tutor non tenẽt conſicere inuentarium, quod dictum commẽdat Panor. in c. de appellationibus. extra de appel. Contrarium tamen tenet Ioan. Andr. in addit. Spec. titu. de actor. vniuerſ. verſi. puberes.

*Tutor ſi nõ poſuerit in inuentario aliquid q̃d valde modicũ eſt, illi nõ obeſt.*

*Quid in hærede.*

Quadrageſimoſexto ſcribit idem Bar. in l. i. §. itẽ ſolent, col. ij. verſ. item pone, ꝙ ſi tutor in inuẽtario nõ poſuerit aliquid quod ualde modicum eſt, illi nõ obeſt, per tex. in l. ſi cui dens. ff. de ædil. edict. ſeq. Firmia. in tracta. de epiſcopo. in iiij. parte. lib. iiij. in xij. q. poſt princ. & idem voluit Specu. tit. de inſtr. edit. §. vlt. verſi. ſed ſi omnia non poſsint. & ibi Bal. qui & d. l. quanuis. allegat. Quid autem de hærede cõficiente inuentarium, quiq; vnam rem tantum omiſit ponere, an priuetur beneficio inuentarij, vide per Firmia. vbi ſupra.

*Sacerdos pro modico crimine non cogitur abſtinere a celebratione miſſarum.*

Quadrageſimoſeptimo huc facit, quod memoriæ prodidit gl. vi. diſt. c. teſtamentum, in verbo, humiliter, per tex. ibi, quòd ſacerdos pro re leui ſiue modico crimine non cogitur abſtinere a celebratione miſſarum ſi velit celebrare, huic ſimile quoque eſt quod dicit Ant. in. c. ex literis, in fin. extra de fide inſtrum. quòd modica & leuis raſura nõ vitiat inſtrumentũ. Iaſon in l. ſciendum, col. iiij. verſi. vndecimo facit ff. qui ſati[illegible] are cogantur.

*Arbitrator ĩ modico poteſt lædere alterã ptiũ.*

Quadrageſimooctauo poteſt arbitrator in modico lædere alterã partiũ, vt not. Bar. in l. idem Pomponius alias ſi de meis §. recepiſſe ff. de arbi. & in l. ſocietatẽ §. arbitrorũ ff. pro ſoc. Bal. Salic. & recentiores

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tiores in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. Bal.in l.ſi hæredis.C.de manu.teſta.ubi dicit,ꝙ arbitrator pôt tranſigere ſuper liquido,modice tamen lædẽdo, quia pro bono pacis de modico nõ cũramus, & idẽ Bal.in l.i.col.i.in ij.oppoſ.paulo ante fi.C.de his q̃ pœnæ nomi.& in c.cum adeo,col.ij.uer.uel dic qđ aut loquimur,extra de reſc.ubi huiuſce rei reddit rationem,quia hoc uidetur illi permiſſum a partibus, ut poſsit in modico lædere in odium & execrationẽ litium,quia maius eſt commodum pacis & concordiæ,quam leſio eiuſmodi,itaque pacis & cõcordiæ, gratia introducta ſunt arbitramenta. Matth.in repe. cle.ſæpe.§.quæ omnia,col.vi.de uerb. ſignifi.

*Vaſſallus nõ priuatur feudo propter modicã ingratitudinem:*

Quadrageſimonono dicit Bal.in cap.cum adeo, col.ij.uerſi.item habemus,ꝙ uaſſallus non priuatur feudo propter modicam ingratitudinẽ, ſicut nec exhæredatur filius,niſi propter magnam cauſam,idem fere dicit Bal.in l.ſolo,ubi gl.C.de liber.cau. ubi & hoc dicit expreſsim in conſtitutionibus feudorum, ꝙ uaſſallus propter leuem offenſam aut feloniã non debet feudo priuari,ſed debet eſſe talis ex qua poſſet filius exhæredari,unde( inquit )tex. æquiparat filiũ uaſſallo, illum tamen text.in ſpecie non allegat , ſed illum reperies in cap.i.circa medium,in uerſi.non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio.titu.in quib.cau. feud.amit.iuncto cap.porro, uerſi.prædictis modis, tit.ſeq.quæ fuit prima cauſa beneſi. amitten. & ſequitur Barb.conſil.xlv.omnipotentem & immortalem,col.xv.lib.iiij.

*Filius æquiparatur vaſſallo.*

*Vaſſallus nõ priuatur feudo pro modico tpe.*

Quinquageſimo cum valeat argumentum a re ad tempus l.miles ita.§.et quia diximus,vbi Bar.et alij,ideo ſicut pro re modica nõ priuat̃ vaſſallus feudo,ita nec pro modico tempore, per id quod voluit idẽ Bal.in c.i.col.i.verſ.ſed pone quod uaſſallus.ti. quib.modis feu. ami.ubi licet dicat̃,quod uaſſallus ꝗ dimiſit dñm in prælio,feudum debet amittere,hoc tñ nõ procedit ſi breui temporis momento dimiſit, ſtatimq; rediјt, & hæc confirmat quod habetur in l. vlt.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ult.in illis uerb.iniurias atroces.ubi non quilibet locus,iniuria,uel ingratitudo reuocat donationem,ſed tantum atrox iniuria.

*Priuilegiũ non ſubdito cõceſſum reuocari non poteſt.*

Quinquageſimoprimo,licet priuilegiũ nõ ſubdito conceſſum reuocari non poſſit,ut uoluerunt Inno.& omnes in c.nouit.de iudic.Lap.alleg.cix. in quæſtione propoſita col.ulti.cum multis concordan.adductis per recentiores in d.c.nouit.fallit tamen ubi agitur de modico priuilegio,ut conſuluit Alex.conſi.ccxxv.nec arguendi ſumus.col.iiii.li.ij.prout illum allegat Philip.Decius in d.c.nouit. col.ix.uer.fallit quinto.de iudic.extra.

*Niſi agatur de modico priuilegio.*

*Tempus interpellare pro homine, de paruo tẽpore non intelligi.*

Quinquageſimoſecundo ſcribit Bal.in l.ſi mihi & Titio.§.i.ff.de leg.i.licet tempus,ut ſolet dici,ꝑ homine interpellet l.magnam.C.de contrah.ſtipul. cum ſimil.hoc tamen ita debet intelligi,niſi tempus quoddam paruum ſit,quod et idem uoluit ipſe Bal. in c.domino guerram.§.ſed hoc.tit.hic finit lex C. his adde quod ſcribitur in l.data opera.col.ij.C.qui accu.non poſ. quod iura punientia incendiarium pœna mortis non intelligantur de paruo incendio, id quod ſequitur & commendat Alexand. conſil.lxxxvi. uiſo proceſſu cauſæ uertentis.colum.i.lib.vij.

*Lex ſi unquam de reuoc.non habet locũ reſpectu rei modicæ.*

Quinquageſimotertio tradit Inno.in c. ult.extra de dona.ꝙ l.ſi unquam.de reuoc.dona.nõ habet locũ reſpectu rei modicæ, ꝙ ualde commendat Cor. conſi.iiij.dubia ſatis mihi ſunt,col.iiij.et iterum vi. lib.iij.& Iaſon in l.generaliter.§.i.col.iiij.in fi.v.limi.C.de inſtit.& ſubſtit.de quo latius dixi in mea repetit.l.ſi unquam.

*Interlocutoriæ adferens modicum præiudicium poteſt ferri parte non citata.*

Quinquageſimoquarto ſententia interlocutoria adferens modicum ꝑiudicium poteſt ferri parte nõ citata,ut uoluit Bar.i l.nec quicquã.§.ubi decretũ. & ibi Iaſon col.v.ff.de offi.proconſ.Ang.Inno.et Paul.Caſtr.in l.de unoquoq;.ff.de re iudic.Ant.& Imo.& alij i c.auditis.extra de procur.Imo.Rom. & Iaſ.in l.ſi opus.ff.de noui oper.nunc.idẽ Rom.

in l.i.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in l. i. ff. de arbit. & conſil. lxxij. circa primum quo quæritur. Panor. conſi. iii. omnipotentis Dei. in viii. q. lib. ii. Corne. conſi. lxxi. ſuper primo, col. iiii. uer. & tamen interlocutoria, lib. i. & iterum conſi. 338. cap. primo controuerſiam, col. v. verſic. tamen eſt aduertendum, eo. lib. i. Quanquam Bald. alibi hoc tantum principi uidetur permittere, ut uidelicet poſſit in modico partem non citatam lædere in rub. de reſcrip. col. ii. & Rom. in reper. l. i. col. iiij. uerſi. dubitatio tamen uertitur.

Quinquageſimoquinto his ſuccinit, quod ſcriptum reliquerunt Barto. & Ange. in l. leuia, in fin. per illum tex. ff. de accuſa. quod ſtante ſtatuto nulla condemnatio fiat a capitaneo, niſi prius fiat depoſitũ ſub pœna k librarũm. ſi contingat, quod capitaneus condemnet aliquẽ in uiginti ſolidis non facto prius depoſito, non propterea tenebitur, quia huiuſmodi ſtatutum non habet locum in iſtis paruis & leuioribus delictis, quod uult Alex. conſil. clii. uiſo processu cauſæ matrimonialis, col. iii. uerſi. nec his obſtat ſi diceretur. lib. v. vbi etiam per hoc decidit, quod ſententia lata ſuper modico & paruo furto in camera iudicis, & ita non ſeruata forma, non eſt ob id minus ualida.

*Statutum quòd nulla cõdemnatio fiat à capitaneo, niſi fiat depoſitum ſub pœna l. librarũ, nõ habet locum ĩ modicis.*

Quinquageſimoſexto licet poſſidens res hæreditarias, præſumitur adiuiſſe hæreditariam. l. i. C. de repu. l. pro hærede, & l. Iulianus, ff. eo. hoc tamen non procedit ſi poſſideret res quaſdam nullius aut parui pretii, ut uoluit Sal. in l. non hoc, C. unde legi. de quo nonnihil per Bal. in c. i. col. iiii. uerſi. quæro an filius, titu. an agnat. vel fil. defunct.

*Poſſidens res hæreditarias quando nõ præſumatur adiuiſſe hæreditatem.*

Quinquageſimoſeptimo dicit Bal. in l. æde, col. ult. uer. quæro qualiter hoc intelligat. C. loca. intelligẽs poſt Nic. Mart. illũ tex. ut loquat̃ de illo, qui domũ cõductam deteriorẽ facit, ob idq; poſſit expelli, idq; procedat ſi ualde deteriores domũ ſecus ſi parũ, dicta l. ſcio, ff. de in integ. reſtit. & hoc quidẽ dicit committi arbitrio iudicis quãdo dici debeat do-

*Deteriorãs domum põt expelli.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

mus parum,uel multum deterior facta, ut habeatur ratio qualitatis rerum & perſonarum.

*Emphiteota non poteſt expelli pro modica rei deterioratione.*

Quinquageſimooctauo ſimile eſt ꝙ uoluit idem Bald.in auth.qui rem,in ij.not.C.de ſacroſan.eccle, intelligens etiam tex.ibi uolentem poſſe emphyteotam expelli propter rei deteriorationem,non procedere in modica quadã deterioratione. Nam pro modico (inquit) non fieri reſciſſio contractus d.l.ſcio,et ibi illum ſequuntur.Fulgoſ.Pau.Caſt.& Iaſ.col.ij. & propterea Bal.ipſe quem ſequuntur Cur.et Iaſ. in l.diuortio.§ ſi fundum,ff.ſolu.mat. Limitat illam cõmunẽ ſententiã,ex qua põt emphyteota expelli ſi arbores fructiferas exciderit,de quo ibi p Doctõ.& per Pet.Cy.Bald.Sali.& Paul.Caſt.in d. auth.qui rem,ut non ꝓcedat,ſi ex tali exciſione modicum damnum ſequeretur per dictam l.ſcio,& dictam l.quanuis,ff.de cõd.& demon.& idem quod Bal.tenet Alex.conſ.cviij.in caſu de quo quæritur, col iii.uer.ſecundo reſpondeo,lib.v.

*Arbores fructiferæ.*

*Tempus nõ currit impedito, niſi ubi agitur de modico præiudicio.*

Quinquageſimonono licet alias regulariter tempus non curratimpedito uulgaribus iuribus, fallit tamen ubi ageretur de modico præiudicio,ut uoluit Pet.Anch in c.cum propter,per illum tex.extra de iu.pat.& Panor.cõſ.v.in quæſtione quæ uertitur, col.pe.uerſ.ego uero,& iterum,col.vlti.paulo ante fi.lib.ij.ubi per hoc conſuluit,quod tempus inſtantiæ currit impeditis,cum hoc modici eſt præiudicij, quia inſtantia perempta acta ſola pereunt non cauſa,vt voluit Inno.in ca cauſam quæ,de teſtibus,& Bar.in l.cum lite mortua,ff.iudic.ſolui.

*Princeps poteſt ſine cauſa auferre ius alterius in modico quopiã.*

Sexageſimo,põt princeps ſine cauſa auferre ius alterius in modico quopiam,ut no Bar.in l.vlt C. ſi contra ius vel vtilit.Ant.Imo.& Panormi.in c. quæ in eccleſiarum, & ibi etiam late Fel.& Dec. col.xviij.uer.quarta declaratio,colum.xij.uerſicu. quartus caſus, extra de conſtit.per text C.de præcib.impe.offer.l.quotiens,& Alc.conſi.ccxxv.nec arguendi,col.v.lib.ij.

Sexage-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Sexageſimoprimo,non ſolum princeps id poteſt, ſed in dubio cenſetur velle facere,vt nonnulli dicunt per glo.ff.de ſeruit.l.ſeruitutes.i.in verbo, incommodo,& l.ſed cum ab hærede.in glo.vlt.ff.ad Trebellia.vbi gl.& l.ij.§.ſi quis a principe ,in verbo, impetrauit,ff.ne quid in loco publ. & l.cum auus, C. de emanc.liber.& voluit Card.in c.mandatum, in ſeptimo notab.de reſcri.& Ant.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.& Alex.dicto conſil.ccxxv.col. v.uerſi.ſubdit etiam,lib.ij.Contrarium tamen obtinet, cum non cenſeatur princeps etiam in modico velle alteri præiudicare,niſi conſtet de mente ipſius tenuit glo.nota.in c.cum olim,in uerbo,præiudiciū, extra de conſuetudi. quam ibi ſequitur & multum commendat Domin.ad ſtatuta,& Iaſ.in repet.d.l. quominus,in xi.q.ff.de flumin.Bart.quoque illam dicit ſingul.& Decius in dicto c.quæ in eccleſiarū, loc.allegat,ea ratione motus ,quia ius qualecunque ſit,competit de iure communi,ergo debet attēdi per tex.ff.de damno infect.l.ſi proprietarius,in princip. & ibi Bar.& iura dicunt indiſtincte, & generaliter, q intentio principis non uidetur uelle præiudicare tertio.cap.ſuper eo.extra de offi.deleg.cum ſimi.ſed glo.quæ uolunt contrarium , innituntur auctoritate d.l.quotiens,quæ loquitur quando conſtat de uolūtate principis.Porro illud verum eſt , quod ſi conſtet uelle principem quempiam lædere, debet intelligi in modico,ut uoluit Bal.in l.i.col.ij.uerſic.item not.q non præſumitur,ff.de conſti.per tex.in l.quoties,in uerbo , ſine graui alterius præiudicio , C.de precib.impe.offer.& ibi per Doct. & idem Bal.in d.c.quæ in eccleſiarum , & ſecundum hoc poſſunt intelligi glo.ſupra allegatæ,quas etiam ita intelligit Iaſ.in d.l.quoties.

*Quin in dubio cenſetur id velle facere.*

*Qui teneant contrarium.*

Sexageſimoſecundo quamuis honorum continuatio legibus prohibeatur.l honor,§.gerendorū, ff.de mune.& hono. & C.per totū ti.de hono.& mune. non conti.Quæ lex et apud ueteres Romanos obti-

*Honorum cōtinuatio, legibus prohibita.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tuit,ut memorat Liuius lib. vii. in fi. & iterum lib. x. vbi Fab. Maximus, huius legis authoritate conſulatum qui ſibi utro a S.P.Q.R delatus eſt, minime capere uoluit, huiuſque legis decemuiralis uerba reperiuntur apud Tullium lib. iii. de legib. Eundem magiſtratum in interfuerint decẽ anni, ne quis capitu. quæ quidem ſumpta uidetur ex legibus, uel Lacedæmoniorum uel Thuriorũ, apud illos enim lex erat, ne bis idem præfectus claſsis fieret, ut tradit Plutac. in Lyſandro, apud hos uero non niſi intermiſſo quinquẽnio militum præfecturam gerere licebat, ut ſcribit Ariſt. lib. Poli. 5. c. 7. huic tamẽ legi locus non eſt in paruis honoribus ſiue magiſtratibus ſubeundis, ut uoluit Accurſ. in l. diuus, de muner. & hono. & per tex. in l. licet, C. de aſſeſ. & in auth. de defenſ. ciuit. §. ult.

*Lex duodecim tabularũ, & unde traxerit originem.*

*In paruis honoribus ĩter miſſo tpe nõ eſt opus.*

Sexageſimotertio haud tacendũ eſt, quod tradit Inn. in c. ult. extra de offi. deleg. ꝙ in paruis negociis nõ uidetur in dubio electa induſtria perſonæ, niſi hoc exprimatur, etiã ſi mandatum fuerit, ut negotium perſonaliter exequatur, quod dictum ſequitur Io. Ana. & Anto. & Panor. qui putat hoc ſing. in c. ulti. in pe. col. extra de dol. & contu. Sed contrarium tenent propter uerbum perſonaliter, Barb. & Fel. in d. c. ult. de offi. deleg. tum quia aliter hoc uerbum nihil operaretur, tum quia hoc datum uidetur pro forma, alias adde rationes quas uidere eſt apud ſupradictos Docto.

*Vtrum in paruis negotijs videatur electa ĩduſtria perſonæ ſi mandatum fuerit, vt perſonaliter exequatur.*

Sexageſimoquarto licet alias cõdẽnatus iniuriarũ ſit infamis ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter actum ſit. l. athletas. §. ult. ff. de his qui notantur infam. hoc tamen nõ obtinet, cum quis ꝓ parua leuiq; iniuria eſt condẽnatus, c. cũ te. extra de ſententia & re iudi. ubi gl. & expreſſe uoluit Petrus Anch. ibi Spec. in §. uidendum, tit. de in integrum reſtitu. uerſi. item iudex eccleſiaſticus. Archidia. in cap. non poteſt, de præb. li. vi. Ioã. Ana. in c. ſi proponẽte, extra de reſcrip. Bal. & Sal. i l. decuriones, C. ex quibꝰ cauſis infa-

*Vtrum dãnatus iniuriarũ infamis ſit cum leuis eſt iniuria.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

infa. irrogat. & Bal. in c. i. §. iniuria, poſt prin. de pa ce iur. firm. Ang. in l. infamem, de publ. iudic. Henr. Boi. in dicto cap. ſi quæſtiones, de ſimo. & Roma. conſi. cxci. inſtabo circa primum, col. ij. uer. præterea ſententia, vbi dicit ad hoc ſingu. tex. in d. c. cum te, Ang. Aret. in tracta. malefic. in uerbo, uerba contumelioſa & iniurioſa, in fi. & nouisſime Ferdinan. Laza. qui ſolam illam glo. allegat in repetit. §. diui l. filiusfa. car. xx. uerſi. ſeptimo limitatur, ff. de leg. i. Contrarium tamen per illum tex. tenent Inn. Hoſt. Ioan. And. Bal. Anto. Catdin. Panor. & Fel. ibi, & Bart. in d. l. infamem, in fi. & ibi quoque Imo. ff. de publi. iudic. & Barba. in ca. at ſi clerici, in prin. col. xxxix. extra de iudic. Sed pro prima parte facit tex. nondum ab aliquo (qđ ſciam) annotatus in l. diuus, ff. de iniur. ubi atrocis iniuriæ damnatus in ordine decurionum eſſe non poteſt, cuius rei ratio eſt, ut & ibi dicit gl. quoniam infamis eſt & infamia ab ordine decurionũ repellit. C. ex quib. cau. infa. irrog. l. decuriones, & C. de decur. l. infamia, Ergo a contrario ſenſu condemnatus leuioris cuiuſpiam iniuriæ in ordine decurionum eſſe poteſt. Ex quo plane colligitur, qđ non eſt infamis, quia eſſe decurio non poſſet, vt diximus. *Qui teneat cõtrarium.*

Sexageſimoquinto memoratu dignum eſt, quod ſcriptum reliquit Bal. in l. ij. C. de commu. rer. alie. quod licet ſolus princeps posſit dare bona fiſcalia. l. prohibere. §. plane, ff. quod vi aut clam. fallit tamen in modicis, l. diuus, ff. de bonis dãnat. qui quãtum ad hoc faciat, cœterorum eſto iudicium; mihi certe parum huc conducere uidetur, cum & ibi fiat authoritate principis. *An ſolus princeps poſſit dare bona fiſcalia.* *Authoris opinio.*

Sexageſimoſexto modica impendia non repetũtur, ubi etiam alias repeterentur, ut eſt tex. in l. in rebus. §. poſſunt, vbi gloſſ. not. de modicis impenſis curandum, idem confirmat text. in l. omnem, & l. quod dicitur, & glo. in l. ſi quis a liberis. §. ſi mater, de libe. agnoſcen. *Modica impendia non repetuntur.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Modica impenſa ad eum nonnũquam pertinet, qui alias non tenetur ad impenſas.*

Sexageſimoſeptimo præcedentibus non abſimile eſt, ꝙ modica impenſa ad eum nõnunquam pertinet qui alias non tenetur ad impenſas, ut eſt text. loquens de uſufructuario l. hactenus, ff. de uſuf. vbi gl. quæ docet, quæ dicatur modica impenſa, & glo. in l. hoc amplius §. vlt ff. de damno infect. Doct. in l. eum qui, C. de uſufruct.

*Nõ eſt magnum dam num in mora modici temporis.*

Sexageſimooctauo ſupradictis addendum eſt, ꝙ demora modici temporis paſſim dicitur in l. ſi debitori, ff. de iudi. in illis uerbis, neque enim magnũ dãnum eſt in mora modici temporis, & l. ſi poſt tres, ff. ſi quis cau. & l. ſed ſi alia, ff. de conſtit. pecu. & l. ſi in lege §. colonus, ff. loca. l. ab hoſtibus, §. ult. ex quib. cau. maio. & c. potuit, extra de. loc. & conduc. l. i. §. qui præſens eſt ff. de uerb. obl. l. cõtinu⁹, in prin. eo. l. duos, §. duo, ff. de duo. reis l. cum antiquitus, C. de teſta. unde dicit Alb. in l. i. C. de verb. ſign. ꝙ mora parua, non dicitur mora, & Barb. cõſ. lviij omnipotentem & immortalẽ Deum, col. xv. lib. iiij. ꝙ modicum interuallam non inducit actuũ diuerſitatem, quod ante eum Bald. dixit in cap. cum ideo, extra de reſcrip. & Archid. in capitu. ult. de offic. deleg. libro ii. de hoc quoque eſt text. in l. plerique, ff. de ritu nup. vbi Bald. in l. non dubium, Cod. de repud.

*An præſcriptio intra paucíſſimos dies perficiẽda habeatur pro completa.*

Sexageſimonono his proximum eſt, quod habetur in l. ſi fundi, ff. de fundo dot. in uer. plane ſi paucíſſimi dies, ubi uidetur probari, ꝙ præſcriptio intra paucíſſimos dies perficiẽda, habetur pro completa, per quem tex. dicit Bal. i c. ulti. col. ij. uer. modo quæro, extra de præſcrip. illumq; ad hoc not. ꝙ ꝓpter modicum momẽtum, non uitietur temporis tractus. Et fere ſimilis tex. eſt ff. de uſucap. l. rerũ miſtura. §. 1 a beo. Ex quo tex. id multi uoluerunt, ꝙ ſi interrupta fuit præſcriptio, ad cuius præſcriptionẽ pauci reſtabant dies, conceditur reſtitutio in integrum pro conſequendo lucro ꝑſcriptionis, etiam cum iniuria alterius, quã opinionem amplexi uidentur Dy. & Bar. in l.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in l. qui fundum. §. qui bona, ff. pro empt. Bart. Innoc. & recentiores in l. generaliter, ff. de uſur. & in l. naturaliter, ff de acquir. poſſ. Bal. & Ang. in l. i. C. de anna. excep. Ang. in l. ſi is cui. §. i. ff. de furt. Alexan. Franc. Aret. & Iaſ. in l. poſſideri. §. Labeo, ff. de acquir. poſſeſ. Rom. in l. ſi conſtante. §. quotiens, ff. ſolu. mat. Alex. in l. cũ quidam, in prin. col. ij. ff. de acquir. poſſ. Et hæc eſt communis opinio, quicquid dixerit Raph. Cuma. in dicto §. Labeo, & in dicta l. qui fundum. §. i. ff. pro empt.

Septuageſimo ſimile eſt, quod voluerunt pleriq; limitantes tex. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de uſucap. ubi in poſſesſis per ſe, uel etiam ſecundum cõmunem per ſeruum, filium, uel colonũ ex cauſa nõ peculiari, quæ ante captiuitatem domini cœperunt poſſideri, et uſucapi, per ipſam captiuitatem poſtea ſecutam perditur poſſesſio, & ita interrũpitur uſucapio, nec redintegratur per fictionem poſtliminij, vt ſcilicet procedat, niſi tempore captiuitatis pauci dies ſupererãt ad complendam uſucapionem, nam tunc dominus reuerſus fingetur retro uſucepiſſe iure poſtliminij, ut per tex. in d. §. Labeo, uoluit Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore, in i. oppoſ. ij. partis, & ibi quoque Ang. Barto. in l. naturaliter, col. iiij. ff. de acquir. poſſ. quanuis Inn. in d. l. ſi is qui pro emptore, tenuerit contrarium, motus quibuſdam rationibus, quibus Iaſ. reſpondet. Sed tu uide tex. his omnibus aduerſantem in l. in uſucapionem, in princ. ff. de diuer. temp. præſcrip. de quo latius dicemus in contraria parte modicorum.

*Vſucapi emptorum, an captiuitatẽ ſequutam interrũpatur vſucapio, & quãdo per fictionẽ poſtliminij redintegretur.*

Septuageſimoprimo huic germanum eſt, ꝙ uoluit Bal. in c. illud. in i. col. uerſi. quæro quot modis, extra de præſcrip. ut id quod dicitur per inũdationẽ maris, uel fluminis interrumpi præſcriptionẽ l. vniuerſitas. ij. itẽ, ff. de acquir. poſſeſ. et l dicto §. Labeo non ꝓcedit in inundatione momentaria ſed pluriũ dierum. Nam ſi recedit inundatio infra triduum nõ interrumpitͬ præſcriptio, alioqui poſſesſiones iuxta

*Præſcriptionem nõ interrumpi per inũdationem momẽtaneam.*

 Padum

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Padum ſitæ nunquam præſcriberētur, quod eſt abſurdū. Quin & Rapha. Cuman. in dicto. §. Labeo, id tenere uidetur, ut ſimplex inundatio modici temporis præſcriptionem non interrumpat, quod & confirmat Bald. in dicto c. illud, & text. in l. ſi ager cuius, ff. quibus modis uſufruct. amitti. ubi ſi eodem impetu diſceſſerit quo uenit, reſtituitur proprietas & uſusfructus, & hanc partem late probat Iaſ. in dicto. §. Labeo.

*Vi deiectus a poſſeſsione ſi paruo interiecto tēpore eā recuperet, nō dicitur īterrupta præſcriptio ab eo incepta.*

Septuageſimoſecūdo proxime accedit, quod voluit & alia glo. notabil. in l. qui poſſeſsionem, et ibi Bar. ff. de ui & ui armat. quod ſi qui erat in poſſeſsione ui deijciatur, et paruo interiecto tempore poſſeſsionem recuperet, non dicitur interrupta præſcriptio ab eo incepta. addit Bart. rationem, nam ex ſola ciuili poſſeſsione procedit præſcriptio l. i. §. per ſeruum qui in fuga, ff. de acquiren. & poſſeſſ. & l. qui fundum, in princip. ff. pro empt. & not. glo. & Docto. in l. iii. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ. At qui ſtatim recuperat, aut etiam ſe præparat ad recuperandam poſſeſsionem a qua fuit deiectus, nunquam deſiit poſsidere. l. iij. §. eum igitur, & ibi glo. & Bar. ff. de ui & ui armata.

*Papa cur uocet epiſcopos filios, cū ad vniuerſitatē ſcribit, licet alias fratres appellet.*

Septuageſimotertio no. quod dicit glo. in proœmio libri vi. in princip. in uerbo, filius, & poſt eam Zanzel in procemio cle. quod licet Papa epiſcopos fratres appellet, extra de crim. fal. cap. quanuis, tamen cum ad uniuerſitatem in qua plerunque ſunt epiſcopi omnes illius uniuerſitatis, mixtim filios appellat, ut ibi eſt text. quoniam vt dicunt gl. & Zāzel, fere ſemper in vniuerſitatibus ſunt pauci epiſcopi, propterea id reputatur, ac ſi nullus eſſet, nec de modico curat, & ſequitur Domi. in dicto procemio libr. vi. quam rationem et ſi Cardin. in dicto proœmio clem. & in proœmio Decret. & ibi quoque Fely. reprobant, adferuntque aliam rationem, eſt tamen admodum in hac modici tractatione conſideranda.

Septua-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Septuageſimoquarto licet rex non poſsit alienare regalia in præiudicium ſucceſſoris, vt dicit Bald. in extrauag. de pace conſtant, in verbo ſucceſſurum. Et vt alibi dicitur, non poteſt aliquam ciuitatem ſui regni alienare, ita etiam dicitur in l. cum mater. C. de bonis quæ lib. & in cap. ſi generali, ſi de feu. fue. cō tro. poſt Hoſtien. in c. dilecti filij, de maio. & obed. & facit text. in c. intellecto. de iureiur. id tamen rex poſſet, modo parua imperij diminutio ſequeretur, ut not. Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clā. de quo tu vide plene per Soc. conſi. vij. ſuper quæſtione mihi propoſita, lib. vij.

*Rex nō pōt alienare regalia i præiudiciū ſucceſſoris. Nec aliquā ciuitatē ſui regni. Niſi parua admodū diminutio regni ſi quæratur.*

Septuageſimoquinto his congruit, ꝙ licet delegatio cauſa abſentiæ delegantis ſtatim expiret reuerſo delegante. vt dicit Bar. in l. i. in vij. q. & ibi late Ale. col. xviij. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdict. hoc tamē intelligitur, niſi delegans rediiſſet rurſum ſtatim abiturus, quia interim delegatio non expirat, tāquā rediiſſe non videatur, vt uoluit Alex. vbi ſupra, poſt Cy. & Alb. Pau. Caſ. in l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. in ij. notab. ff. de inſtit. actio.

*Delegatio cauſa abſentiæ delegantis, quando non expiret reuerſo delegante.*

Septuageſimoſexto non longe abeſt, quod pulchre uoluit Philip. Decius in cap. quoniam Abbas, col. ij. de offic. delega. ꝙ in illa clauſula, quod ſi non omnes, intelligatur durante impedimento alterius delegatorum, impedimento autem ceſſante debet cognoſcere cum collega, vt per glo. & Doct. ibi. Tamen ſi illud impedimentum ceſſaret modico tempore pura uno die, & poſtea idem impedimentum contingeret, valeret quod actum eſſet per alterum, etiam eo die quo ceſſaret impedimentum, quia ceſſatio modicis temporis non debet conſiderari, quod ſingul. eſt notand.

*Clauſula, quòd ſi non annos, quō intelligēda.*

Septuageſimoſeptimo huc uergit, quod accurate tradit Bal. in l. i. C. de loca. ꝙ licet pro defenſione rerum ſuarum liceat occidere furem præſertim nocturnum l. itaq;. ff. ad legē Aquil. & l. furē. ff. de ſic. hoc tñ non procederet in re uili aut modica, nihil tamen allegat

*Furē nocturnum pro re modica, vilique occidere non licet.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

allegat, & hoc quoque uoluit nulla Bal. mentione facta Ang. in l. 1. C. unde vi. Matth notab. cxxxiiij. non ꝙ leges quæ ꝑmittunt, ubi ad hoc allegat tex. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. & Ange. Are. in tract. maleſi. in uerbo, & ueſtem cœleſtem abſtulit. col. ij. uerſ. & not. bene quod de iure. ubi dicit ſingul. tex. in dicto. §. tabernarius & in. §. i. Inſtitut. de actio. Alex. in addit. Bar. in d. l. furt. Feli. in c. interfeciſti. col. ij. extra de homicid. Iaſ. in l. vt uim. col. antepenul. ff. de iuſt. & iur. Ad quod Matth. & Alex addunt hanc rationem, nam ſi parcitur famæ hominis ꝓ re modica l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. multo magis uitæ, per tex. in l. ſi adulterium. §. liberto ff. ad legem Corne. de adult. Quãquam hæc ratio a Philoſophis non probaretur, qui cenſent potius mortem, quam infamiam ſubeundã, ut elegãter diſſerit Cicero lib. iiij. Offi. quibus ſubſcribens diuus Paulus Corinth. 9. Bonũ ait eſt mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Sed & alibi leges noſtræ comparant infamiã morti l. iuſta. in princ. ff. de manu. uind. ubi & hoc not. glo. quæ & alleg. text. in l. iſti quidem. § ulti. ff. quod metus cauſa. & uoluit etiam Alex. in l. ult. col. iiij. ff. de re iudic.

*Parcitur fama hominis pro re modica.*

Septuageſimooctauo tradit Specul. ti. de reſcr. §. ult. uer. itẽ quæritur quæ dicantur. ꝙ iudex delegatus poteſt de modica ſumma paulo ſcilicet maiori, quam ſit expreſſa in reſcripto cognoſcere, quia modicum incrementum non debet mouere iudicem l. i. ij. & iii. C. de alluuio.

*Delegatus poteſt de paulo maiori ſumma quam ſi expreſſa in reſcripto cognoſcere.*

Septuageſimonono tradit ſimiliter Rom. ſingu. 17. ſi alicui principe fuer. cõceſſa immunitas ab oneribus perſonalibus, nõ uidet̃ liberare a leuibus paruiſq; oneribus, quæ quis breuiter faciliterq; poteſt expedire. ꝑ tex. quem dicit unicum in iure in l. decurio fortunã. C. de decu. li. x. & hoc dictum refert & ſequitur Ale. in addit. Bar. in l. elegãter. §. qui repro bos i fi. magnæ additiõis. ff. de pig. actio. et cõ. ciiij.

*Conceſſa immunitas ab oneribus perſonalibus, non videtur liberare a leuib.*

ſtatu

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſtatutum loquens. in fin. lib. i. ubi eadem prope adſcribit, & quidem fere ad uerbum ſicuti in dicta addi. Sed ante hos idem dixerat Bart. in dicta l. decurio. per illum tex.

Octogeſimo p id, & quædam ſimilia tradit Ale. in dictis duobus locis, quod ſtatutum puniēs falſificantem monetā, non habet locum in falſificāte modicā quandam monetam, & ſequitur Philip. Dec. in c. de appellationibus. extra de appel. & in ca. maioribus. col. i. de præben.

*Statutum puniens falſificantem monetam, non habet locū in falſificante modicam.*

Octogeſimoprimo uoluit Pan. in procemio Decret. col. ult. q̄ ſi teſtes depoſuerunt, q̄ omnes fecerunt aliquid, ut nō uitietur eorū dictum, ſi pauci ex illis illud non fecerunt, exemplo eius quod ſcribitur in ca. reuera. in princ. de conſec. diſt. ij. q̄ omnes filij Iſrael, qui de manna mādu cauerunt in deſerto mortui ſunt, cum tamen Caleph & Ioſue non ſint illic mortui, ut ſcribitur lxxvi. diſt. c. ieiunium.

*Teſtium depoſitio, quod omnes fecerunt, non uitiatur, ſi pauci ex illis, illud nō fecerunt.*

Octogeſimoſecūdo, licet iudex ab omnibus omnino muneribus abſtinere debeat, ut cum omni puritate iudicium illius procedat, non tamen prohibetur accipere modica quædam, talia ſcilicet, quæ iudicantis animum non immutent, vt dicit gl. in ca. non licet xi. q. iij. per tex. extra de ſimo. c. etſi quæſtiones. Sed de hoc certe eſt tex. notab. lib vi. de reſcrip. cap. ſtatutum. §. inſuper loquens de eſculento, quod paucis diebus conſumi poteſt, & ibi glo. adducit ad huius rei confirmationem nonnulla, in quibus de modico non curamus, & bene etiā facit tex. notab. in l. ſolent. ff. de officio proconſ. ad hanc rem citans uetus adagium, Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus, nam ut ſubdit, ualde inhumanum eſt a nemine accipere, ſed paſſim uiliſſimum, & per omnia auariſſimum.

*Iudex modica quædā accipere nō prohibetur, licet ab omnibus muneribus abſtinere debeat.*

*Adagium uetus.*

Octogeſimotertio non dicitur extitiſſe, qui parū extitit, unde cum res ita habat, ut nō ſuccedat fœmina feudo dato liberis maſculis & fœminis, qn̄ exiſtūt maſculi, ut eſt tex in l. poſthumus. ff. de iniuſt. teſta.

*Fœmina non ſuccedens in feudo, quando exiſtunt.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*maſculi ſuccedere non prohibetur, ſi poſt mortem patris maſculus illico mortuus eſt.*

teſta. tamen ſi maſculus poſt mortem patris illico mortuus eſt, non prohibetur fœmina ſuccedere, quaſi uideatur ille non extitiſſe, ita uoluit glo. Bald. & Alua. in c. i. §. vlt. in verbo, omnino extantibus tit. de ſucceſ. feu. & alia glo. quam ſequuntur Iacob. Bel. Ray. Nicol. Bal. Alua. qui eam dicit ualde ſingu. ti. epiſcoporum uel Abba. Ex quibus Bal. dicit ꝙ etiam non dicitur uixiſſe qui ſtatim obiit, de quo etiam tex. eſt expreſſus in c. nã & ego. extra de uerbo. ſigni. ubi gl. not. ꝙ non videtur fuiſſe. qui parum durauit Ioã. And. & Panor. ibidem. Nõ dicit natus qui ſtatim deceſſit. Et dicit etiam ipſe Pan. & poſt eum Alua. & Cardin. allegant Inno. in dicto c. nam & ego. qui tamen hoc non dicit, ꝙ ille dicitur illico decedere qui decedit antequam nomẽ ſit ei impoſitũ in baptiſmo, quod tempus erat octo dierum ſecundum uetus teſtamentum. Cui adde ꝙ apud ueteres Romanos maribus nono die, fœminis octauo nomen imponebant. Cuius rei, ſi quis rationes ſcire uelit, legat Plutarchum in Problemat. capit. 10. Sed illud nota, ante quam hinc habeamus, quod ſententia dictæ gloſſ. loquent. de ſucceſſione feudi, eſt vera his caſibus in quibus loquuntur an autem alias procederet, vide Bald. in §. quinetiam. & Bartol. in l. vlti. ff. ad Tertul. & alibi late dicemus.

*Illico decedere quis dicatur.*

*Romanorũ mos in imponendis nominibus infantibus.*

*Venditio rei magnæ facta pro paruo pretio pro donatione habetur. Et æque reuocatur ut mera donatio.*

Octogeſimoquarto voluit Cyn. in l. i. in ulti. q. C. de pact. ꝙ venditio rei magnæ facta pro paruo pretio habetur pro donatione, nec huius parui pretij habetur aliqua conſideratio, per tex. i l. apud Celſum. §. ſi quis ff. de contrahen. emp. Et propterea æque reuocatur per ſuſceptionem liberorum, per l. ſi unquam. C. de donationi. ac ſi omnino eſſet mera donatio. Et hoc ſequitur Bal. in d. l. i. in iij. notab. et in rub. extra de pact. col. ij. uerſ. quæro an uenditio. Et bene faciunt notata per Guilel. Cune. Bal. & Salic. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccl.

Octogeſimoquinto licet alias regulariter nõ ſuccedat



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cedat fœmina in feudo. c. i. §. et quia uidimus tit. qui feuda dare poſſ. cum ſimilibus fallit tamē in feudo quopiam modico ſecundum Roma. conſ. ccclxvii. circa primum. col. penul. uer. fallit tertio. & Corne. conſi. xvi. aperta fronte. lib. i. & Cardin. Alexan. in d. §. & quia uidimus, col. xvi. verſic. ſeptimo fallit. & alibi dicam latius.

*Fœminæ nō ſuccedit in feudo, niſi ſit medicis.*

Octogeſimoſexto, licet teſtimoniū illius qui partim falſum depoſuit omnino uitietur, ut qui in periurium inciderit, ut uoluit gl. in c. in noſtra. extra de teſtib. Bart. Bald. & alij in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. cum ſimilib. tamen ſi quiſpiam affinis meus leui quadam & modica affinitate, quæ uidelicet eum a teſtimonio non repelleret, cum pro me teſtimonium diceret, interrogatus an eſſet meus affinis, reſpondit non eſſe, certe propter hoc non uitiatur eius dictum, tanquam nulla ſit huiuſmodi leuis affinitatis habenda ratio, & perinde ſit ac ſi omnino non eſſet, ita voluit Iacob. Butr. in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. & ſequitur Angelus conſil. cxciiij. uiſis proceſſibus cauſæ. colum. ij. & Hyppolit. Marſil. conſi. primo, col. ij. uerſic. ulterius dico. & in repetitio. l. vlti. car. xlv. C. de probationibus. & ſingu. lxxvi. communis concluſio doctorum, tu tamen uide quod dicam infra in contraria parte, uerſi. xxxvi.

*Teſtimoniū illius, qui partim falſū depoſuit, oīno vitiatur.*

*Leuis affinitatis nulla habenda ratio.*

Octogeſimoſeptimo dicit Barb. dicto conſi. 74. ſcripſit Pſalmiſta celebris, col. ij. li. iiij. ꝙ licet fines mandati ſint diligenter cuſtodiendi l. diligenter. ff. mandati. poſſunt tamen in modico excedi, per gl. allegatam in c. quod ad conſultationem. quæ id mihi uelle non uidetur. Et multū de hoc dubito, cū leges admodū ſtudioſe ſanxerunt fines mandati cuſtodiēdos, ut ne latum quidem (ut aiunt) digitum uideantur uoluiſſe a mandato diſcedendum eſſe, ut patet in dicta l. diligenter. in eo ipſo uerbo, diligenter. & C. eo. d. l. cum mandati. ubi mandati legem integrā cuſtodiri conuenit, & extra de reſcript. c. cum dilecta. in fi.

*Vtrū mādati fines ſtricte ſiat ſp diligēterq; cuſtodiēdi.*

*A mādato nullatenus diſcēdendū.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in fi. vbi forma mandati exacta diligentia obſeruanda eſt, & propterea eſt tex. notab. in c. vlt. extra de verb. ſignific. vbi mãdatũ Papæ de moderando numero clericorum iuxta facultates eccleſiæ, adeo exacte cuſtodiendum eſt, vt non ſit augendus eorum numerus, etiam ſi facultates abunde ſufficiant, quanuis alias contrariorum ſit eadem diſciplina, vbi eſt eadem ratio. l. vlti. §. vlt. ff. de leg. iij. verſicu. contra quoque, cum ſimilib. ſitq; in contrario eius quod mãdabatur in dicto c. vlt. non ſolum eadem, ſed & multo maior ratio atque fauor, cum ex eo auctus fuiſſet cultus diuinis, tamen illud ideo ſtatutum eſt, vt no. Anton. quia forma mandati eſt ſtricte, & ad vnguẽ obſeruanda, vt etiam poſt eũ dicit Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col. ix. verſi. limita iſtam regulam. ff. de ver. oblig. Quam rem etiam Philoſophi eleganter prudenterq;, vt alias ſemper, in vtramque partem diſſeruerũt. Alii enim ſemel ſtatuta deliberataq; re ab eo qui negotium demãdauerit, nequaquã putauerunt cõtra dictum eius eſſe faciendum, etiam ſi repentinus aliquis caſus oſtenderet poſſe commodius agi, ne exemplum eſſet honeſta conſilia religioſe mandantis violandi. Alii exiſtimarunt incommoda prius quæ metuenda eſſent, ſi contra mandatum fieret, cum emolumento ſpei comperſanda eſſe. Et ſi ea leuiora minoraq; ſint, vtilitas contra grauior & amplior, ſpe quantum poteſt firma oſtenderetur, tũ poſſe aduerſum mandata fieri cenſuerunt, ne oblata diuinitus rei bene gerendæ occaſio amitteretur, quã diſceptationem recenſuit Gellius lib. i. cap. xiij. vbi & alia quoque in eam rem adducit, quæ ſi ad Iuriſconſultos referretur, illud (vt arbitror) dicerent, mãdatum ſemper ad amuſsim quantum fieri poteſt cuſtodiendum, niſi inopinatus quiſpiam caſus, atque repentinus mandanti non prouiſus, aliud agendum ſuaderet, vt eſt text. valde commendabilis in l. Si hominem. ff. mand.

*Philoſophorũ ſnĩa in hac quæſtione.*

*Iuriſconſultorum opinio de mandato.*

Octogeſimooctauo recenter, nec inſcite tamen cõ-

ſulu

ſuluit Philip. Dec. ingenio inter cæteros ſubtili cōſ. x in cauſa inquiſitionis. col. pen. uerſic. ſexto contra perſonam. Licet alias colonus nō ſit omnino teſtis integer pro domino, ut not. per Doc. in c. pen. extra de teſtib. ſi tamen colonus eſt rei perexiguæ aut leuis, tunc eius teſtimonium reijciendum non eſt.

*Coloni teſtimonium pro domino quando non ſit reijciendum.*

Octogeſimonono, ut aliquantulum immoremur his quæ poſſet deſiderare conſuetudo ad probationem, quæ his caſibus fieri debet, vltra ea quæ diximus in principio, facit quod not. Panorm. in c. cum olim per gloſ. ibi, extra de cenſi. quod in his q̄ ſunt modici præiudicij, verba enunciatiua ad alium finem prolata probant, licet alias ſecus, quod voluit idem Panorm. per illam gloſſ. quam dicit notab. in c. ſunt & alij. col. iiij. extra de reſcrip. & cōſi. lxiiij. omnipotētis Dei nomine repetito, uenio ad primū. col. iiij. uer. item uidetur. lib. i.

*Verba enunciatiua ad alium finē prolata, probant in his quæ ſunt modici præiudicij.*

Nonageſimo voluit Bartol. in auth. niſi breuiores. per illum tex. C. de ſenten. ex bre. recitan. quod in cauſis uilibus & modici præiudicij, de iure ſcriptura non requiritur, nec in proceſſu, nec ſententia, quin iudici de omnibus actis coram ſe creditur, id quod ſequitur Panor. in c. quoniam contra falſam. in iij. notab. dicens eſſe clariorem text. in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. fi. §. ueritati. & ibi quoque Franc Aretin. col. vi. Bar. quoque in l. diuus, ff. de cuſt. reor. & ibi quoque ante utrunque Bal. col. pen. uerſic. unum ſcias. ubi tamen diſtinguit, an pars fuerit præſens necne, & ibi quoque recentiores, & idem Panor. in ca. iij. col. antepen. extra de probat. & bene etiam facit tex. in authen. de mandat. princip. §. ſic tibi. ibi, ex non ſcripto decidere. Licet contrarium tenuiſſe videatur Philip. Dec. in dicto capitul. quoniam contra. in vi. not. vbi illum videbis.

*Vtrum in cauſis uilibus de iure ſcriptura non requiratur nec in proceſſu, nec ſententia.*

*Quis teneat contrarium.*

Nonageſimoprimo licet officiario credatur ī his ſolum, quæ ad eius officium pertinent non etiam in cæteris, ut no. Io. And. in addit. Spe. ti. de citatione.

*Officiario credatur in his ſolum quæ ad eius officium pertinent.*

§. i. in

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

§.i.in prin.& Panor.in c.parati.col.iij.de appel.cū ſimil.fallit tamen in rebus modicis & leuibus, in quibus indiſtincte etiam in his quæ ſunt extra officium illis creditur, ſecundū Inn.in c.i.de fide inſtr. Bal. Panor.& omnes in c.poſt ceſſionem.extra de probat. Panor.in c.cum in eccleſiis.col.vlt.de maior.& obed. Panormi.in c.i.car.vlti.verſic.an autem ſi appareat.extra de iud.Cy.& Bal.in l.pacta nouiſsima.colum.vlti.C.de pactis.& facit tex.extra de cler.peregrin.cap.i.& l.diuus §.cum autem.ubi Bar.ff.de offi.proconſu.

*Niſi rebus modicis, in quibus illis creditur, licet ſint extra officiū.*

Nonageſimoſecundo ſcribit Ale.in l.huiuſmodi §.ſi ita.in fin.ff.de legat.i.intelligēs id quod a pleriſq; traditor inſtrumentorum amiſsionem ꝓbari per iuramentum, vt uoluit Bar.& alij quoque in l. ſicut.ubi etiam glo.in l.emancipatione. C.de fide inſt.cum ſimi.vt id procedat ſolum, cum agitur de modico præiudicio, per tex.ſupra ſæpius allegat.in l.theſaurus.ſupra ad exhiben.& ita etiam uoluit, licet non tam clare Bal.quem ipſe allegat in l.ult.in fin.C.de eden.per text.etiam in d.l.theſaurus ff.ad exhibend.& in l.diſſolute. C.de condit.ex leg.& Hippol. Marſi.in repet.rub.C.de prob.col.xxviii. uer.item iuramentum facit probationem.

*Inſtrumētorum amiſſio quibus probari poſſit per iuramentum.*

Nonageſimotertio uoluit Bar.in l. quominus.in xi.q.ff.de flumin.ꝙ uicini ſuperiores uel inferiores nō poſſunt impedire facientem emiſſarium, ſiue (ut dicunt) ecluſam in flumine publico, ex quo modicum in ſuis agris damnum ſentiunt, per tex.& glo. in l.i.§.ſunt autem qui putant.& §.ſeq.ff.ne quid in flumi.publi.quam ſententiam late Bart.confirmat, & Iaſ.in repet.d.l.quominus.

*Vicini non poſſunt impedire facientem emiſſariū in flumine publico, ex quo modicū damnū ſentiūt.*

Nonageſimoquarto, uoluerūt duo recentes ſcriptores Opizo & Ferdinādus Loaza.i repe.§.diui. l.filiusfamil.ff.de legat.i.ille quidē col.xxxvi. hic lxxvi.uer.ſeptimo limitatur. Quod ſtatutū prohibens rem immobilem alienari in extraneū non habet locū in re aliqua uili, per text.ſupra ſæpius citatum

*Statutum prohibēs rē immobilem alienari in extraneū, non habet locum in re aliqua uili.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tatum in l. ſenatus. §. Marcellus, ff. eo. titu.

Sed modus aliquis in his colligendis, quæ ad hũc locum pertinent tenendus eſt, poſtremo itaque adij ciam eſſe præter eos tex. quos ſupra citauimus, & alios pleroſque admodum ad hanc rem facientes, ex quibus nonnullos huc aceruatim ſubiungemus. Eſt igitur in eam rem uulgata l. ſcio. ff. de in integ. reſti-tu. & l. merum, ff. quod met. cau. & l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio. l. ij. ff. quod cum eo, ubi cõ paratur qui omnino non ſucceſsit, & qui in minima parte ſucceſsit, & l. ſi ex cauſa in princ. ff. de minor. ubi glo. l. ſi quis. §. ſed & ſi quis. ff. de pig. actio. l. i. ff. de coniung. cum emancip. liber. §. illud non inter-eſt. l. licet, §. ulti. ff. de adim. lega. ubi propter leuem offenſam non cenſetur legatum aut fideicõmiſſum ademptum, & l. lex Cornelia. §. ſi tamen, uerſic. cæ terum ad hoc pertinebit, & ff. de bonis eor. qui ſibi mor. l. ult. §. idem reſcripſit, & ff. de manu. teſt. l. qui habebat, & l. ſi quis ante, §. ulti. l. ſi quis conduxe-rit, ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur. l. ij. §. ulti. C. ſi contra ius uel utilitatẽ pub. l. i. C. ſi aduer. uend. pi-gno. auth. quod locum, C. de colla. & inſti. de iniur. §. pe. ubi pro modica iniuria ſeruo illata nõ agit do minus & i. q. i. c. iudices, ubi gloſ. in uerbo, quinque ſunt, c. bonæ rei. xij. q. ij. & c. ex parte, extra de fi. in ſtru. ubi unus modicus literæ defectus reſcriptũ non uitiat, gl. quoque ibi, c. pe. de reb. eccle. non alie. c. re quiſiti, de teſt. ubi gl. in uer. decens eſt, & in §. do-nare, tit. qualiter olim feu. pot. alie. ibi, ſub uiliſsima duorum denariorum penſione, & quod uoluit Bal. in l. ſi pater. in viij. q. C. de inſti. & ſubſt.

*Qui tex. cõ firment di-cta ſuperius*

*Legatũ nõ cẽſetur adẽ ptũ nec fide commiſſum propter leuẽ offenſam.*

Sunt tamen e diuerſo multi caſus in quibus modi ci atque ẽt minimi habetur ratio. Primus erit in l. et ſi ex modica in prin. ff. de bo. lib. ubi in illo caſu ſa tis ex liberos liberti, ex parte quantulacunque hæ-redes inſtitui, ut patronum expellant.

*Caſus ĩ qui bus modici atque mini-mi habetur ratio.*

Secundus erit in l. ſi quid creditor, §. ul. ubi ſeruus peculiatus dicitur, qui uel minimũ habet peculium, etſi

*Seruus pecu liatus dica-tur qui uel minimũ ha bet peculiũ.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

etſi uenditor peculiatum ſeruum aſſeruit, ſufficit ſi is minimum habeat peculium, quem text. ad hoc not. Archi in capitulo, non debet, de præbend. libro ſexto, & in l. ij. in xij. q. uer. ſed nunquid ſufficiet, C. de reſcin. uendi.

*Pro re uili datur redhibitoria.*

Tertius in l. ſi tamen, §. ult. iuncta glo in uerbo, ſimplicem, ff. eo. ti. de ædil. edic. vbi pro re uili datur actio redhibitoria, adde tex. i l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Treb. ubi filius patri ſuperſtes uno ſolum momento, facit deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & eſt ſimilis tex. ff. de rebus dub. l. qui duos, §. ulti. ubi ſatis eſt filium patri momento ſuperuixiſſe, ut ex teſtamento illius hæres fuiſſe dicatur, & ad hoc priorem tex. ponderauit Bald. in c. i. §. quinetiam tit. epiſ. uel abba. quod momentũ tẽporis extinguit fideicommiſſum, ſiue ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam factam filio ſi ſine liberis deceſſerit, quod dictum dicit ſingu. Iaſ. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, columna octaua, uerſiculo, ex aduerſo, ff. de uerborum oblig. & in l. antep. col ii. in prin. C. de inſti. & ſubſt.

*Satis eſt filium patri momento ſuperuixiſſe, ut ex teſtamento illius hæres fuiſſe dicatur.*

*Poſthumi natiuitate teſtamentũ rũpitur etiam ſi illico deceſſerit.*

Quartus eſt in l. ij & iij. C. de poſthu. hære. inſti. ubi natiuitate poſthumi, & ſi illico deceſſerit, rumpitur teſtamentum patris, quem etiam nota. Bald. ubi ſupra, ad hoc quod momentum temporis reſcindit teſtamentum.

*Prætor quãdo in bonorum poſſeſſionem legatarium mittat ſiue fideicommiſſarium.*

Quinto in hanc rem eſt celebris l. quamuis, ff. ut in poſſ. lega. ubi ita ſcribitur, quamuis minima res ſit legata, uel per fideicommiſſum relicta, tamen ſi non ſoluatur ab hærede, uel eo minime caueatur cũ caueri oporteat, in poſſeſsionem omnium bonorum quæ ex ea hæreditate ſunt legatarium ſiue fideicommiſſarium prætor ſeruandorum legatorum cauſa mittit.

*Si modicum de ſorte uel uſuris in debito perſeuerer, diſtractio rei obligatæ impediri nõ poteſt.*

Sexto tex. eſt in l ii. ibi, nam ſi modicum de ſorte C. debit. uend. pig. impedire non poſſe, ubi ſi debitor obtulerit, ſoluerit creditori, aut depoſuerit, ſi creditor accipere recuſauerit totum debitũ præter modicum quippiam

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quippiam, non propter hoc impeditur creditor uendere rem pignori obligatam.

Septimo commendatur tex in l. ſi quis eum, §. ſi ſuo teſtamento, in uerbo, alia rurſus hora, ubi interuallum unius duntaxat horæ arguit diuerſitatem actus & formæ & ibi hoc not. Iaſ. in ſecundo notabil. Et propterea etiam ratione unius horæ, dicitur unum inſtrumentum prius altero, & illi præfertur, ut eſt glo. ſingu. in l. ſi ex pluribus, §. ult. in uerbo, die, ff. ſolut. quam ad hoc commendauit & ponderauit Bald. in l. ulti. col. iiij. C. de edicto diui Adrian. tollen. & in l. cum proponas, in fine, C. de interdict. mat. inter, &c. & in l. Imperator, col. penul. uerſ. & not. quod dies, ff. de ſtatu homi. ubi eam dicit ſing. & in c. paſtoralis, in prin. ubi Fel. col. iij. & rurſum in c. capitulum, col. i. extra de reſc. & in c. conſuluit & ibi etiam Fely. col. iij. de off. delega. & in c. licet, & in c. quoniam contra falſam, de proba. & in cap. ego enim, in princ. de iureiuran. & in cap. ij. de confeſ. ubi gloſſ. quam dicit ſingula Barba. in repe. rubri. de fide inſtru. col. xviii. uer. quid de hora, & Iaſ. in l. i. §. i. in ij. notab. in fi. ff. de eden. & Fel. in c. ij de off. deleg. & Catellia. in memor. incip. actus ita debent interpretari, & iterum in memor. inci. hora eſt, & alia glo. expreſsior, in c. ſi eo tempore, de elect. in vi. quam annot. Iaſ. in dicto, §. ſi ſuo teſtamẽto, eſt & alia ſimilis glo. in cap. duobus, in uerbo, ſi nõ appareat, de reſcr. libro vi. quæ uoluit, quod ratione vnius horæ reſcriptum dicitur anterius altero, & illi anteponitur, licet ſint eiuſdem datæ. Ex quo cõſtat non ſemper uerum eſſe id quod ſupra diximus in prima parte, quod modicum interuallum diuerſitatem actuum non inducit.

*Interuallũ unius duntaxat horæ, arguit diuerſitatem actuũ & formæ.*

Octauo allegatur tex. in l tertia, ff. de uerborũ ſignifica. ubi pro uiginti millibus paſſum datur unus dies, quod ſi ſint uiginti unum millia paſſuum dantur duo dies, pro uno igitur miliari, quod ſupereſt æque datur unus dies, ac pro uiginti.

*Prò uiginti millibus paſſuum, datur unus dies.*

G 2 Nono

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Appellatur et in minimis.*

Nono facit huc l. in maioribus, C. de appella. ubi etiam in minimis cauſis appellatur, & eſt ſimilis textu, extra eod. C. de appellationibus, & utrobique Doct. his adde l. ſi proprietarius, ff. de damno infec. cum dicitur, eadem ergo erunt, et ſi minimum damnum detur. & ibi gl. Bar. & Doct.

*Furtũ committitur in gallina, & anſere, & etiam ouo.*

Decimo l. eſt. ff. de acquiren. rerum domi. l. naturalem. §. gallinarum, & inſti. de rerum diui. §. gallinarũ, ubi furtum committitur in gallina & anſere, imo etiam, ut in poſtremo loco dicit gloſſ. in ouo, quam ſequũtur omnes, & bene facit tex. xiiij. q. iiij. capitulo ultimo.

*Qui omiſſa cã teſtamenti poſſidet ab inteſtato uel minimã portiunculã tenetur ẽt inſolidũ ad præſtationẽ legatorum.*

Vndecimo eſt l. & ſi non totum, cum l. ſequenti. ubi qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet etiam minimam portiunculam (ut ille tex. loquitur) tenetur etiam inſolidum ad præſtationem legatorum, ut etiam declarat gloſſ. ibi, & Bar. in l. ult. in primo articu. eodem titulo, & Bald. in l. prima, C. eodem titulo, & Franciſ. Areti. conſi. clx. longa eſt iſta cõſultatio, columna penultima, uerſiculo ſecundo eſt præmittendum.

*Ratione minimæ partis quis dicitur conſors.*

*Statutũ Florentinum.*

Duodecimo tex. eſt in l. prima, in princip. ibi, ſiue quantamcunque, C. de communi ſer. manu. ex quo not. Bal. ibi, quod etiam ratione minimæ partis qui dicitur alterius conſors, & id dicit facere ad ſtatutum Florentinum quo cauetur ne poſſit domus alienari extra conſortes, nam poterit transferri in eum qui habet milleſimam partem.

Decimotertio eſt quoque l. ergo, §. ſi ex die, in illis uerbis uel modica data occaſione, ff. de fideicommiſſa. libertate, ubi gloſſ. in dicto uerbo, occaſione, nota, inquit bonum uerbum. Et ex eo infert Bald. in capitu. per tuas, columna prima, de probatio. Leuem occaſionem interdum eſſe magni ponderis, quibus ſuffragatur l. in uſucapione, in princi. ff. de diuer. temp. præſc. ubi ſi etiam minimo momẽto nouiſsimi diei præſcriptionis res poſſeſſa ſit, cõpletur uſucapio.

*Leuis occaſio interdũ eſt magni ponderis.*

Decimo-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Decimoquarto eſt, l. cum ſponſus, §. ult. ff. de publi. in rem act. ubi ita ſcribitur in hæc uerba, ſed et is qui momento poſſedit, recte hac actione experietur. adde tex. in l. ſi pecuniam, in fi. ff. ſi cer. pet. ubi ex actu momentaneo transfertur dominium, quod not. Bal. & plerique omnes.

*Qui momẽto poſſedit, publiciana experiri põt*

Decimoquinto tex. eſt in l. tutor ſi petitus fuerit, ff. de tut. & cur. dat. ab his, ubi ita ad uerbum ſcribitur, nam et ſi quoquo modo in petitione tutoris erratum fuerit, non ualet tutoris datio, unde infert Bart. in l. matri & auiæ, col. ij. uer. quero quid ſi mater, C. quã mili. tut eſt q ſi mater fuerit data tutrix antequam renuntiet ſecundis nuptijs, & Senatuſconſulto Velleiano, non ualet datio, quamuis omiſsio leuis ſolennitatis non uitiet.

*Qũo in petitione tutoris erratum fuerit nõ ualet tutoris datio.*

Decimoſexto, ut aliquid dicatur extare, ſufficit quantuluncunque modicum ex illo extare l. domũ, ff. de contrahen. emp. uer. ſi uero quantacunq; pars, & l. inſulæ, ff. de uſufru. & ita per illos tex. poſt Oldra. uoluit Pau. Caſt. conſil. clxiij. in cauſa præſenti, col. iij. in nouis.

*Vt aliquid dicatur extare, ſufficit quantuluncunque modicum ex illo extare.*

Decimoſeptimo tex. eſt in l. ſcapham, ff. de euict. vbi appellatione nauis, venit & ſcapha, quæ parua eſt admodum nauicula, & eſt ſimilis tex. in l. ult. ff. de fundo inſtr. & quod per illos tex. uoluit Bald. in l. i. §. exercitoribus, ff. nau. cau. ſta. de quo ſupra diximus, uer. iſtis nimirum accedit.

*Appellatione nauis, uenit & ſcapha.*

Decimooctauo eſt l. iij. §. cauſæ, ff. de carbo. edicto. ibi, vel medicum pro puero facientem, ubi ſi filius ſit in euidenti calumnia, repellitur ab illo edicto ſed modicum quippiam ſufficit, ut non dicatur eſſe in euidenti calumnia, quem tex. ponderant Franciſc. Aret. & Iaſ. in l. ul. C. eodem titulo, ubi illum dicũt ſingula. ſubditque Are. hoc facere ad duo. Primum, ut per ſolam negationem uel contradictionem res uidetur effici dubia, modo negans uel contradicẽs habeat aliquem leuem colorem, quod facit ad ea quæ habentur per Barto. in l. poſt rem, ff. de tranſactio.

*Modicum quippiã ſufficit, ut non dicatur fili⁹ eſſe in euidenti calumnia.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorũ quando non ualeat.*

*Diſpenſatio res ambitioſa.*

*Tacens aliud beneficium in impetratione quantuncũque ſit modicum, non ualet impetratio.*

*Res ita uendita, ut niſi ſtatuta die pretium ſoluatur ſit nempta.*

*Statutum irritum faciens contractum niſi ſoluatur gabella, & ex ſolutione deficiat unus nummus, contractus non ualet.*

ctio. & in l. eleganter. §. ſi poſt, ff. de condict. indeb. ꝙ not. in l. i. C. de procura. Secundo per illum textum commendatur aureum dictum Bal. in l. deberi, C. de fideicomm. liber. ꝙ leuis occaſio excuſat citatum dicentem, ſe non iturum ad iudicium, a calumnia vera, per gloſſ. ordi, & ſingula. in l. i. §. hoc iudicium, in fine magnæ gloſſ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.

Decimonono huc facit tex. in. c. non poteſt, de p̄bend. lib. vi. cuius hæc ſunt uerba. Non poteſt diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum conceſſa impetranti prodeſſe, qui aliquod quãtuncunque beneficium modicum ſubticuit cum illam impetraret, quod confirmat text. in capitu. ſi proponente, de reſcript. extra.

Vigeſimo, ne quis putet illud ibi procedere, quoniam diſpenſatio ſit res ambitioſa & reſtringenda, per text. qui loquitur in ſimplici impetratione in c. ſi metu. eod. titu. de præben. libr. vi. ubi ſi quis impetret beneficium, & in impetratione taceat aliud beneficium quantuncunque ſit modicum, non valet impetratio, id quod etiam ante cautum fuerat, licet non tam expreſſe in capit. ſi proponente, de reſcript. extra.

Vigeſimoprimo, tradit gl. commẽdabilis in l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio. ꝙ ſi res ita ſit vẽdita, ut niſi ſtatuta die &c. & fuerit ſolutum preciũ præter unum nummum, non ſecus erit res inempta, ac ſi nihil fuiſſet ſolutum. per tex. eo. tit. l. fiſtulas. §. qui fundum, & l. cũ fundus, ff. de contr. & demonſtrat. & l. etiam circa, ff. de ſolut. l. tutor §. Lucius, C. de diſtract. pign. l. quandiu, C. de diſtract. pign. quam gl. Bal. quoque amplectitur in rub. C de contrah. empt. in x. q. & in l. cum adeo, col. ij. uerſic. ſed alibi, extra de reſcrip.

Vigeſimoſecundo per illã gl. dicit Bal. in d. l. res bona fide. ꝙ ſi ſtatutũ irritum faciat contractum niſi ſoluatur gabella, & ex ſolutione ipſius gabellæ defi-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

deficit unus nummus, non ualet contractus, id quod etiam uidetur uoluiſſe idem Bald. in l. ii. in fi. ff. ad Sille. & Ang. in l. in rebus, §. poſſunt, ff. commo. & Barb. in d. proce. clem. & conſi. lxxxviij. ſapienter ſcribitur, col. antepen. lib. iiii. Bal. tamẽ uidetur uelle contrarium in l. quanuis ff. de condit. & demonſtra. & Roma. in l. ij. ff. ad Silleia.

*Bona a prælato mortuo relicta, uel eccleſia uacante, obuenientia, futuro ſucceſſori reſeruari.*

Vigeſimotertio uoluit alia glo. not. in c. quia ſæpe in uerbo plane, de elect. lib. vi. amplians tex. ibi, ſtatuentem omnia bona a prælato mortuo relicta, uel eccleſia uacante obuenientia futuro ſucceſſori reſeruari, & qui ea occupauerint ipſo facto ab officio & beneficio ſuſpendentem, donec reſtituerit, vt procedat etiam uſque ad rem minimam, per tex. iii. quæſt. i. c. redintegranda.

*Quicquid ex pacto accidit, quantuluncũque ſit uſura eſt.*

Vigeſimoquarto quicquid ex pacto accidit quãtuluncunque ſit, id uſura eſt, c. putant. xiiij. q. iij. & c. pleriq;. & ibi gl. e. & tex. in c. nauigante. ubi Pa. extra de uſur. Et ꝓpterea dicit Bal. in rub. extra de conſu. col. ulti. ꝙ conſuetudo non poteſt permittere uſuram etiã in uno nummo, idem quoq; confirmat Bal. in auth. ad hæc, col. ij. in fi. C. de uſur. & ſequit̃ Iaſ. in §. fuerat, col. iiii. & v. inſti. de act. & Roch. Cur. in c. ult. col. ix. uer. ſeptimo amplia, extra de cõſue. ubi & hoc dicitur generalius, ꝙ nõ ualet conſuetudo contra ius diuinum etiam in modico.

*Vtrum ſtatutum prohibens bannitum ad honores prouehi, habet locum in eo qui fuit bãnitus momẽto temporis duntaxat.*

Vigeſimoquinto ſcribit Bar. in l. inter ſtipulantem §. ſacram, col. vii. ff. de uer. obl. quod ſtatutum prohibens bannitum ad honores aliquos prouehi, habet locum in eo qui dũtaxat momento temporis fuit bannitus quod dictum ſolus Iaſ. ibi annotauit col. viii. uer. ultra ſcribentes, ubi dicit hoc ſingulare, multiſque ſimilibus cõfirmat, dubium tamen iſtud relinquit, propterea, quod illud ſtatutum eſt pœnale & odioſum.

*Datio in ſolutum facta pro maiori ſumma, quam ſit debitũ, etiam in modico uitiatur.*

Vigeſimoſexto uoluit Bar. et ibi ante eũ omnes i l. ſi nõ ſortẽ §. ſi centum, ff. de cond. indeb. ꝙ datio in ſolutum facta pro maiori ſumma quam ſit debitũ

 etiam

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

etiam in modico, & vt dicit Paul. Caſtren. in mini- mo, & Iaſ. quoque uitiatur, idque confirmatur per multa ab Iaſ. hoc loco allega.

*Hæres damnatus ut certa die decē, aut fundū det, nouem tantum datis fundus æque peti poteſt ac ſi nihil dediſſet*

Vigeſimoſeptimo dicit Bald. in l. prima, in xiiij. q. penulti. colum. C. de his quæ pœn. nomi. q̊ ſi teſtator hæredi mandauerit, ut certa die daret mihi decem, alioqui daret mihi fundum, & hæres infra huiuſmodi tempus nouem tantum dederit, æque poſſum fundum illum nouem reſtitutis petere, ac ſi nihil omnino hæres dediſſet Paul. Caſt. in l. v. §. ulti. vbi gloſ. ff. de uerborum obliga. & ſequitur Barb. conſil. lxxiiij. omnia quæ facitis, colum. ix. lib. iij. & in procemio clemen. in utraque lect. & in l. iiii. §. Cato, colum. xxii. ff. de uerborum obliga. & conſil. xl. præclare ſcribitur, col. xii libro. i. & conſi. lvii cuius idem eſt initium, col. iiii. libro primo, & conſil. xxxiiii. illud in medium referam, col. v. libro iiii. & dicto conſil. lxxxviii. col. antepen. lib. iiii. & in cle. literas, col. xxiii. de reſcrip. & Iaſ. qui hoc dicit notab. in l. ſi inſulam, colum. xviii. uerſi. ultimo ad illud, ff. de verborum obliga.

*Reus qui poteſt totā ſummā ſoluere excepto uno, ſubiicitur regulæ, qui non habet ī ære & cæte.*

Vigeſimooctauo dicit idem Bald. in l. cum ſit, C de ſepul. uiola. q̊ regula qui non habet in ære luat in corpore, habet locum etiam ſi reus totam ſummā ſoluere poſſet excepto uno nummo, arg. l. v. §. ſi ſortem, ff. de uerborum obliga. & ſequitur Iaſ. qui hoc dicit mirabile & ſing. in l. ii. col. xvi. uer. quid autē ſit, C. de iure emphy.

*Statutum diſponēs dotatam non ſuccedere, procedit in dotata exigua dote.*

Vigeſimonono ſcribit ipſe Bald. in auth. res quæ C. commu. de lega. quod ſtatutum diſponens, q̊ filia dotata non ſuccedat, procedit in dotata modica, & exigua dote, ut & ipſe conſuluit conſil. cclxiii. cum in cauſa Piſani conuentus, in c. ſi proponente, extra de reſcrip. arg. gl. quam dicit ſingu. in l. ſi quis priore, ff. ad Treb. & idem conſuluit Bened. Capr. conſi. xxxviii. & ſi uiſo, & conſiderato, & Soci. cōſil. cxxi. permittenda eſt diſputatio, col. ix. uer. præterea dicat mihi, libro quarto.

Trigeſi-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Trigeſimo, idem ſcriptum reliquit in l. minoribus in fi. C. de his quib. ut indig. ꝙ ſyndicus, qui ex forma ſtatutornm tenetur ſub certa pœna denunciare malefactores, ſi vnicum ex multis prætermiſerit, æque punitur ac ſi neminem denunciaſſet ſequitur Barb, d. conſil. lxxiiii. lib. iii. & in d. proœ. clem. in utraque lectione, & in d. §. Cato, & d. conſi. xl. lib: primo, & d. cōſi. lvii. e. lib. et dictis locis ſupra alle.

*Syndicus qui tenetur denunciare malefactores, unitū prætermittens, quō puniatur.*

Trigeſimoprimo, uenditor poteſt totam rem vē ditam retinere etiam pro vno nummo pretii non ſoluto, ut uoluit Bald. in l. ult. C. commoda. quem ſequitur Iaſ. in authen. qui rem, col. v. C. de ſacroſan. eccle. qui & multa ſimilia iſtic colligit.

*Venditor poteſt totam remi retinere pro uno nummo pretij non ſoluto.*

Trigeſimoſecundo tradit Bal. in l. prima, in uerbo, nec guſtus quidem cauſa, C. quæ res expor. non debent, ꝙ illi qui non poſſunt portare uinum extra, non poſſunt quoque vnam metretam deferre quin incidant in pœnam, & ſequitur Barba. in d §. Cato, & in dicto proœ. clem. & dicto conſil. lvii. lib. i. & Math. de afflic. in conſti. Siciliæ magiſtros ſyndicarios in vi. notab. Iaſon tamen tenuit contrarium in l. ii. col. ult. ff. de iuriſdic. omniū iudicum, ob id nempe motus quoniam id ſtatutum pœnale eſt. Verum ratio eius l. cui Bal. innititur ſpectanda eſt. Ea enim ꝓhibet ad barbaros uinum, ne guſtus quidem cauſa deferri, quod non alia ratione factum videri poteſt, quam ne eius liquoris guſtu admoniti Barbari arma in nos vertant, idcircoque noſtras regiones armis quærere ſtudeant. unde ſibi id liquaminis comparare poſsint. Nam qui primi Gallorum patriam inuaſerunt, hoc guſtu allectos tradit Titus Liuius lib. v. in hęc uerba ſcribens, Gentem Gallorum traditur fama dulcedinis frugum, maximeq; uini nouatum voluptate captam alpes tranſiiſſe, & inuexiſſe in Galliam uinū illiciendæ gentis cā. Igitur cum in caſu Bal. l. municipalis magis locupletandi territorii ſui cā, & auertēdæ caritatis annonæ ita iubeat, quam alia cauſa, certe nō uidetur qui guſtus cā vinum

*An qui non poſſunt portare uinum extra, non poſſint quoque unam metretā deferre, quin incidant in pœnam.*

*Ad Barbaros uinū ne guſtus quidem cauſa deferendū, & quamobrem.*

*Galli primi alpes tranſiere uini uoluptate capti.*

num

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

num alio detulerit, ex eiuſmodi ſtatuto puniēdus ceſſante uidelicet ſtatuti ratione, ut etiam ſcitiſsime annotauit. And. Alciat. lib. iiij. diſput. c. xi.

*Per ſolutionē unius nūmi, interrūpitur præſcriptio.*

Trigeſimotertio per ſolutionem unius nummi interrumpitur præſcriptio, argu. l. i. § cepiſſe ſic accipimus. ff. de pollicit. quod & uoluit Bald. in c. illud, col. ulti. uerſi ſed an per ſolutionem, extra de præſcr. & Iaſ. in d. auth. qui rem, & Philip. Dec. in d. c. de appellationibus, col. i. extra de appel.

*Spoliatus ante omnia reſtituendus, procedit etiā ſi unus duntaxat denarius deeſſet.*

Trigeſimoquarto regula, ſpoliatus ante eſt reſtituendus, nec ante debet audiri aduerſarius, procedit etiam ſi unus duntaxat denarius deeſſet, quod dicet eſſe notandum, & ſequitur Iaſ. in d. auth. qui rem, & in l. ſancimus, col. iii. uerſi. octauo extende. C. de iudic. idem uoluit Bal. in c. conquerente, colum. i. per tex. in uerbo, integre de reſtitu. ſpol. & Philip. Dec. in dicto conſi. xxxiiij. an & quando propter contumaciam, colum. ult.

*Statuto pœna impoſita non ſoluentibus integras præſtantias, qui denariū omiſit, incidit in pœnā.*

Trigeſimoquinto ſi ſtatuto pœna impoſita eſt non ſoluentibus integras præſtantias, qui eas ſoluendo denarium omiſerit, perinde incidit in pœnam, acſi nihil ſoluiſſet, ut uult Bald. in l. quandiu, per illum text. C. de diſtract. pign. & idem in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de uerborum obligatio. hoc dicit procedere ſiue pœna ſit impoſita reſpectu cuiuſdam magnæ quantitatis, ſiue paruæ, & ut dicit ibi Raph. Cuman. etiam ſi quid minimum nomine pœnæ promitteretur, de quo plene & Iaſ. hic, colum. ij. uerſic. tertio pondera.

*Ex forma ſtatuti ſi appellans debet ſoluere ſex denarius, aut appellatio deſerta ſit; omiſsione unius nūmi appellatio deſerta eſt.*

Trigeſimoſexto tradit Bal. in addi. Spec. in ij. parte titul, de appel. §. reſtat uidere, uerſic. ſed pone dicit ſtatutū, col. vij. ꝙ ſi ex forma ſtatuti debeat appellans infra certum tempus ſoluere ſex denarios pro libra, alioqui ſit appellatio deſerta, & qui prouocauit omiſerit ſolutionem nummi unius facere, appellatio non minus erit deſerta, quam ſi totū omiſiſſet ſoluere, & hoc ſequit̃ Ale. in l. i executione. §. item ſi ita ff. de uerb. oblig. quod & non mediocriter commendat

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

mendat Iaſon in dicta authen. qui rem.

Trigeſimoſeptimo æterna memoria dignũ eſt, quod propter minimam contractus partem non impletam ex parte actoris, licet pars illa non reſpiciat ſubſtantialia ipſius cõtractus, agenti tamen ad principale obſtabit exceptio implementi non ſecuti, ut aſſerit Bald. in l. pacta conuenta, in ſecundo notab. ff. de contrahenda emptio.

*Propter minimam partem contractus non impletam obſtat exceptio agẽti ad principale.*

Trigeſimooctauo ſi executor ad pias cauſas totum pretium rei a ſe venditæ receperit, excepto uno nummo, de quo fidem habuit, ob id non trãsfert dominium, argu. d. l. quandiu. C. de diſtract. pig. quod & uoluit Bald. in l. in ciuile, col. ul. uer. ſed pone q̃d executor, C. de rei uend.

*Exequutor ad pias cãs nõ transfert dominiũ rei a ſe uenditæ, ſi totũ pretiũ receperit excepto uno nũmo.*

Trigeſimonono qui commodauit tacitam fidem de reſtituendo uno nummo incapaci, cenſetur indignus tota hæreditate, ut uoluit idem bald. in l. etiam in pen. quæſtio. & per tex. ibi C. ad leg. Falc. eiuſdẽ tamen ſententiæ, non eſt Alex. in l. ex facto, §. Iulianus, in fi. ff. de uulg. & pup. ſubſt. vbi Iaſon colũ. i. in iii. notab. per tex. in l. hæredes qui tacitum, ff. de his quibus ut indig.

*Qui reſtituit unũ nũmum incapaci, an cẽſetur indignus tota hæreditate.*

Quadrageſimo ſi dictum teſtis eſt falſum in uno nummo, totum uitiatur per tex. ix. diſt. cap. fi. ad ſcripturas, & tertia quæſtione noua capitu. pura, & capitulo, nihilominus, bal. in capit. cum adeo, colum. ii. de reſcrip.

*Si dictum teſtis eſt falſum in uno nummo, totũ uitiatur.*

Quadrageſimoprimo ſcribit idem bal. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de uerb. obli. quod ille tex. reprobans promiſsionem alicuius rei factam, ſi promittens eum cui promiſerat non inſtitueret hæredem, habeat locum ſiue res magna, ſiue modica fuerit pmiſſa, imo ẽt ut dicit Cuman. ibi, ſi minimũ quippiam fuerit promiſſum. Iaſon quoque ibi optimam tradit regulam, quod vbicunque aliquid contra bonos mores geritur, ibi non fit diſtinctio quantitatum, dicit tñ poſtea ſe dubitare, an uerũ ſit illud Cuma. cum ueriſimile non ſit, ut metu tã exiguæ rei quis

*ſtipulatio, ſi hæredẽ me non &c.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Autoris opinio.*

quis inducatur ad illum hæredem inſtituendum, ſed ego Cuman. ſententiæ accedo per rationem quam & ipſe adducit, quod ubi de iure communi agitur, minima quoque conſideranda ſunt, ut poſtea dicemus in fi. Et etiã quia huiuſmodi promiſsio eſt cõtra bonos mores ut dicit ibi tex.

*Maſculo excludente fœminam per ſtatutum, ſufficit maſculũ memẽto extitiſſe, ut perpetuo maneat excluſa.*

Quadrageſimoſecundo ſi ſtatutum ſimpliciter dicat quod filius maſculus excludat fœminam ſufficit quod maſculus fuerit momento temporis, ut perpetuo maneat excluſa ut uoluit Anto. conſil. xx. æquitas ualde ſuggerit, & Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram colum. viij. uer. ſecundo facit, ff. de uerbo. obl. Bal. in l. ſi quis poſthumos. §. i. col. ulti. ff. de libe. & poſthum. idem Bal. in l. in quibus. uer. ſed hic concurrit alia C. de ſecund. nup. per glo. ibi & Maria. Sozi. conſi. v. præſens conſultatio, & Alex. conſil. xxix. qui abunde, circa finem libro primo.

*Hæreditatẽ patris non aditam traſmittit filius ſuus ad quoſcunque. Etiã ſi poſt mortem patris horam tantũ uixerit.*

Quadrageſimotertio uoluit Bald. in §. in nouiſſimo, col. ij. C. de cadu. tollen. dum quærit, an retenta communi opinione quod cum filius ſuus tranſmittit ex potentia ſuitatis hæreditatem patris non aditã ad quoſcunque, ut not. in l. ſi infanti, C. de iure delib. An iſtud procedat ſi filius infans poſt mortem patris horam tantum uixerit, & reſpondet ſic eſſe, quia momentum ſufficit, quod uolunt & recẽtiores ibi.

*Matrimoniũ momentaneũ ſufficit, ut uir lucretur tertiam partẽ dotis ex ſtatuto Peruſino.*

Quadrageſimoquarto tradit quoque Bal. in l. nõ tantum per illum tex. ubi Ange. in lect. Florentina, quod matrimonium momentaneum ſufficit, ut uir lucretur tertiam partem dotis ex ſtatuto Peruſino, quod & ſequitur Fran. Aret. in l. ij. col. i. & in l. ſi ante nuptias, in fi. ff. ſol. mat. & Iaſ. in d. §. ſacram. qui hoc dicit ualde not. cum nõ uideatur ſuſtinuiſſe onera matrimonij, propter quæ uidetur deferri tale lucrum dotis, l. ꝑ oneribus, C. de iure dot. Idẽ Iaſon in l. ſi donatione, §. i. in fi. ff. de condict. cã da. Et ego quoq; copioſe ſatis in rep. l. ſi vnquam, in uerbo, donatione largitus, C de reu. do. his adde quod uoluit idem Bal. in l. i. col. ij. C. de priuileg. priuilegia dotis

*Lucrũ dotis uidetur deferri propter onera matrimonii.*

com-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

compétere etiam ſi matrimonium momento tantũ duret, quod memoria dignum exiſtimat Iaſon ubi ſupra.

Quadrageſimoquinto, ſi cedens bonis unum denarium ſibi reſeruauit, non ualet ceſsio, quia ea nõ eſt integra, ut not. in l. penul. ff. de ceſſ. bon. & uoluit Bal. in l. ulti. col ij. uer. quæro quid ſi cedens, C. qui bonorum cedere poſ.

*Cedens bonis ſi unum denarium ſibi reſeruauit, non ualet ceſsio.*

Quadrageſimoſexto ſcriptum reliquit Bal. in ca. cum omnes, col. v. uerſi. ex his patet reſponſio. extra de conſti. quod ex fonte pluribus communi non poteſt maior pars aquam alicui concedere non conſentiente minori parte, per not. in l. ij. C. quæ ſit longa conſue. & in l. iiij. §. actor. ff. de re iudi. ubi Bar.

*Ex fonte pluribus cõi non põt maior pars aquam alicui concedere, non conſentiẽte minori parte.*

Quadrageſimoſeptimo ſcribit idem Bal. in capi. licet cauſam, col viij. uer. ex prædict. apparet, titul. quis dic. con. mar. & Iaco. But. in l. incerti, C de interdic. quod ea propoſitio dicitur ptinens, quæ qualitercunque adiuuatur etiam leui præſumptione, & indirecte, quod confirmat quoque Bald. in c. quoniam uerſi. ibi, aliquid notandum, extra de teſti. dicitque quod quæ modicum ad cauſam conferunt, pertinentia dicuntur gloſſ. in clemen. i. in uerbo, aut earum parte, de foro compe. cum ſimi. & rurſus idẽ Bald. in capitu. dudum. ij. colum. vi. uerſi. multa ergo opponuntur, de electio. Cyn. in l. ij. §. quod obſeruatur, C. de iur. calum.

*Ea propoſitio dicitur pertinens, quæ qualitercunq; adiuuatur ẽt leui præſumptione.*

Quadrageſimooctauo ſi rem alienam poſsidens ſemper habuerit bonam fidem, præterquam in ultima die præſcriptionis, nullo modo præſcribet propter malã fidẽ momentanei tpis, ut uoluit Bal. in c. ulti. col. pen. uer. modo quæro, extra de præſcri. & per tex. in cap. ueniens eodem titu.

*Mala fides tẽporis momentanei, ĩpedit præſcriptionẽ.*

Quadrageſimonono ex paruo defectu ĩcidit quis in magnam pœnam contractus, quia non ſeruat formam illius, quæ ex integritate conſiſtit, ut idẽ Bal. annotauit in d. c. cum adeo, col. ij. extra de reſcri. per tex. in l. hæredes, §. idem ff. famil. erciſcun.

*Forma contractus cõſiſtit ex integritate.*

Quinqua-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Propter exceſſum uni⁹ nummi ultra dimidiã iuſti pretij, debet ſuppleri totum pretium.*

Quinquageſimo, ꝑpter exceſſum unius nũmi ultra dimidiam iuſti pretij, debet ſuppleri totum uerũ & iuſtum pretium, ut Bald. quoque ſcriptum reliquit in capitulo, cum cauſam quæ inter œconomũ, columna prima, uerſiculo, adhuc pro intellectu literæ, extra de teſtib. & idem in l. ij. in xij. q. C. de reſc. uendi. & Anto. Burg. in capitulo, cũ dilecti, columna quarta, uerſic. elicio ex iſto, extra de emp. & uenditio. & iterum in capitulo cum cãm, colum. quarta eodem titu. & eſt cõis opinio ſufficere in hoc caſu quemlibet exceſſum, & ita voluit gl. in dicto capitulo cum cãm, ubi Panor. in ij. notab. Sal. & Pau. Caſt. in d. l. ij. vterq; col. i. Pet. Anch. in repe. c. i. colum. cxxij. de conſti. & Cepol. in tract. de ſimu. cõtract. col. iiij. ſecũdæ præſumptionis primi caſus ſuæ diſtinctionis, uerſi. uerum quia dictum eſt.

*Vtrum emphyteotæ ex defectu ſolutiõis unius denarij æquè cadat ab emphyteuſi, ac ſi defeciſſet in magna.*

Quinquageſimoprimo, ut pauliſper Bald. relinquamus, huc quoque pertinet, quod uoluerunt Pet. Cy. Bartol. Bald. & omnes in dicta authen. qui rẽ C. de ſacroſanct. eccle. quod emphyteota ex defectu ſolutionis unius denarij æque cadit ab emphyteuſi, ac ſi defeciſſet in magna, & ita uoluit Bald. ipſe in dicta l. quamuis. ff. de conditio. & demonſtrat. & in l. cum allegas, in vij. oppoſi. C. de uſur. & in c. ſignificante, in fine, de reſcript. & in dicto capi. cum adeo, columna prima, in fine, eodem titulo, & conſ. ccccxxxiiij. pactum inter locatorem, poſt medium, libr. i. & conſi. cc. uulgare eſt quod colonus, lib. ij. & Barba. conſi. liiij. a ioue principium, col. iij. libr. iiij. & in cap. aut ſi libellario, colum. i. tit. quib. modis feu. amit. & iterũ Barba. conſi. xxxvi. ſapienter ſcripſit, in fi. lib. ij. & Ia. in d. l. in executione, §. itẽ ſi ita, ff. de uerb. obli. & in l. ij. col. xv. uerſi. xv. C. de iure emphy. Quod etiam procedit cum quis propter ceſſationem ſolutionis cadit ab emphyteoſi ex pacto in contractu appoſito, ut uoluit Bal. in rubri. C. de contrahen. empt. in x. quæſt. & in d. l. res bona fide, ff. eo. & Barb. in dicto conſi. xl. col. xi. lib. i.

*Pactum oppoſitum in cõtractu emphyteotico.*

& dicto

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& dicto conſil. liiii. a Ioue principium. Procedit itē cum res emphyteotica data fuit pro penſione unius denarii annui tantum, prout loquuntur Doctor. ubi ſupra, ſed etiam ſi fuit data pro maiori ſumma quæ fuit tota ſoluta excepto vno nummo, ut uoluit Pau. Caſt. & Alexand. in dicta l. in executione, §. item ſi ita, ff. de uerbo. obli. ſequitur Iaſ. in l. ii. colum. xvi. C. de iure emph. iſtudq́; idem Iaſ. late confirmat in dicta authen. qui rem, reprehendens Bal. quem dicit uelle contrarium in l. ædem, col. iii. uer. ſed nunquid pro uno nummo, C loca. ſed Bald. ſi recte animaduertamus nō dicit contrarium in emphyteota, quin potius eandem ſemper eſt ſequutus ſententiam, faciens diſcrimen inter emphyteotam & feudatarium ex una parte, & inter colonum & inquilinū ex alia ut videlicet emphyteota & feudatarius cadant propter ceſſationem unius denarii, iſti non cadant, ſed quod colonus etiam cadat propter unum nummū non ſolutum tenet Bal. ſibi contrarius conſi. xx. uulgare eſt. lib ii. & Alexan. conſi. cvi. magnifice prætor, colum. vi. uerſi. & per prædicta, cum ſequen. libro tertio, limitans ibi procedere, niſi eſſet error per d. l. quamuis, ff. de conditio. & demon. Sed & hoc idē in emphytheota limitat Barb. in procee. ele. col. v. in i. lect. & col. x. in ii. lect. procedere niſi etiā per errorem nō fuiſſet ſolutus ille nummus per textū. in dicta. l. quamuis, & ita dicit ſe de facto conſuluiſſe.

*Diſcrimen inter emphyteotā & feudatariū, & colonum & inquilinum.*

Quinquageſimoſecundo ærario publico p̄fectus ſiue (ut loquimur) theſaurarius, ſi quid tantillum ex ærario ſuffuratus ſit, incidit in pœnam ſtatuti puniētis publicæ pecuniæ furē, ut uoluerūt Bal. Roma. Franciſ. Areti. & Ange. in l. ſi ſeruum, § prætor, in fin. ff de acquiren. hæred. idq́; tanquam ſingulare annotat Iaſ. in d. authen. qui rem. Quod tamen limitat Franc. Areti. niſi honeſtas perſonæ ea eſſet quæ induceret præſumptionem nullo id dolo factū fuiſſe, per tex. in dicta, l. quamuis, ubi Barto. de condi. & demonſtrato.

*Theſaurarius ſi quid tantillū ſuffuratus ſit ex ærario, incidit in pœnam furis publicæ pecuniæ.*

Quin-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Stãte ſtatuto ne puniatur qui offẽderit concordia poſtea inita nihil prodeſt, ſi ad certã ſummã defuerit nũmus un⁹. Idẽ ĩ pœna euitãda per ſtatutum.*

Quinquageſimotertio, ſi ex forma ſtatuti non debet puniri qui offenderit aliquem, & cum eo inita pace & concordia, ſoluat ei poſtea certã ſummã ſi defuerit nummus unus, non proderit concordia. Angel. in dicta l. ſi ſeruus. §. plurium. colum. ij. uerſi. & ideo ſi ex forma ſtatuti. ff. ſi quis caut. ſequitur Alex. dicto conſi. cvi. uerſi. pro hoc bene facit lib. iij. unde infert, quod ſi cui ex ſtatuto pœna delicti remittitur ſi infra menſem ſoluerit quartam partẽ condemnationis, ſi cum ſoluet omittat unum nummum, pœnam non euitabit, idem quoque Ang. tradit in dicta l. in executione. §. item ſi ita. & ibi poſt eum Imol. Alex. ff. de uerb. oblig. quod ſi ex forma ſtatuti quiſquis certam ſummam ſoluerit de dãno cancelletur, non eſt ſtatuto ſatisfactum ſi deſit unus denarius, ſequitur Roman. in l. ij. ff. ad Silleian. Barto. d. conſil. lxxiiij. & d. prooem. clement. in. & d. conſil. xxxiiij. colum. v. lib. iiij.

*Et ut quis de bãno cancelletur.*

*Prohibitus alienare ſub pœna priuationis, rem minimã alienãdo tota hæreditate priuatur.*

Quinquageſimoquarto prohibitus alienare bona hæreditatis ſub pœna priuationis, alienando unã rem etiam minimam tota hæreditate priuatur. Dec. in d. c. de appellationibus. col. ij. de appel. & in capitu. maioribus. de præbend. idem uoluit Ange. conſi. clxviij. ex iſto dubio in i. q. Ioan. Cald. in tracta. de eccleſiaſt. interd. car. clxix. huc facit quod tradidit Anto. in cap. ult. colum. xliiij. extra de conſuet. quod modica diſsimilitudo impedit argumentum a ſimili & ſequitur Fely. in cap. i. col. iiij. uerſi. quinto limita extra de ſponſa.

*Mẽdicantibus nõ licet habere annos reddit⁹, quãtumuis ſint modici ualoris.*

Quinquageſimoquinto conſuluit late Fulg. conſil. ciiij. Titius condidit teſtamentum col. iij. uerſicu. item ut ſæpe eſt dictum, quod non licet mendicantibus habere annuos reditus quantumcunque ſint modici ualoris, ſicut neque etiam licet quicquam quantumuis minimum proprium habere, per capit. cum ad monaſterium. in prin. extra de ſtatu mona. & ca. nolo & c. non dicatur. xij. quæſt. i. idq; dicit ſingulare Phili. Dec. in capitu. in præſentia. colum. antepe.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

antepenul. uerſi. tertia concluſio. de prob.

Quinquageſimoſexto in cauſa quantumcunque leuis momenti debet iurari de calumnia, per tex. in l. theſaurus. ff. ad exhiben. & d. c. de appellatio. & ibi illumſequi uidentur Ioan. And. & Bal. in addi. Spec. tit. de iur. cal. §. ſequitur uidere. uerſi. quid ſi cauſa modica. uoluit idē Spec. tit. de arbit. & arbit. §. ult. uerſi. autem, circa materiam. quod ſi quis ſub pœna promiſerit dare certam ſummam infra aliquod tempus, pœna committitur in ſolidum, ſi quid ſummæ promiſſæ deſit, l. ſtipulationum aliæ, §. ſi ſortem. ff. de uerb. obl. & in l. executione, §. pen. ff. eo. & arg. l. quandiu. C. de diſtract. pig. Ange. in d. l. in executione, §. pe. ubi etiam Alex. & idem Alex. in d. §. ſi ſortem.

*In cā quantuncūque leuis momenti, debet iurari de calumnia.*

Quinquageſimoſeptimo, ut filius tanquam præteritus non poſsit rumpere teſtamentum, ſatis eſt, ut in uno nummo hæres inſtituatur, quod annotauit Bal. in c. per tuas, col. ult. uerſi. item ſatisfactum eſt, de probat. & not. in l. ſi quis. 1. ff. ad Trebel. & l. deniq;, §. ſed utrū, ff. de minor. idem Bal. in auth. oīmō, C. de inoff. teſt. gl. in §. aliud, in auth. ut cū de appel. cognoſcen. quam facit ſingul. Phil. Franc. in c. 1. col. 15. uerſi. circa ſecundum, de teſta. lib. 6. Bald. in l. hac edictali. in prin. col. 3. uerſi. & primo quæro, C. de ſecun. nup. & conſi. 61. hæc Lippus Baldatius lib. 1. & conſi. 95. conſiderandum eſt, in fi. lib. 5. & Ange. conſi. 99. Petrus de urbe, in glo. in auth. nouiſsima, C. de inof. teſta. Illud denique ueluti quoddam auctarium adde qđ ſcribit diuus Iac. c. 2. offendens in uno factus eſt oīm reus, quod & reperitur in c. defleat, extra de reg. iur. & in c. 1. & iterū in c. ult. de pœnit. diſ. 5. & illud Lucæ c. 16. qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt, & iterum c. 19. Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates, & Ioann. cap. 12. adhuc modicum lumē in uobis eſt, Ambulate dum lucē hētis.

*Filius ut nō poſsit tanquam præteritus rumpere teſtamentum, ſatis ē ut in uno nū mo hæres inſtituatur.*

*Offendens i uno factus eſt omnium reus.*

*Fidelis in minimo.*

*Iniquus in modico.*

*Modicum lumen.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

